



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





600050973U

|       |                      |
|-------|----------------------|
| PRESS | <u>6.27</u>          |
| SHELF | <u>B.</u>            |
| Nº    | <u>4<sup>a</sup></u> |




C. C.D.R.

1842 e. 247







---

M. M A N I L I I

A S T R O N O M I C O N .


LIBRI Q U I N Q U E .

---









*Quis fuit alter,  
Descripsit radio totum qui gentibus orbem?*

M. M. A N I L I I  
A S T R O N O M I C O N.  
L I B R I Q U I N Q U E.

Cum Commentariis et Castigationibus

JOSEPHI SCALIGERI,

JUL. CÆSARIS SCAL. FIL.

F. JUNII BITURIGIS,

E T

FAYI; his Accedunt BENTLEII

Quædam Animadversiones reprehensione dignæ;

QUIBUS OMNIBUS

Editor sua Scholia interposuit.

*Edward Harwood.*

Operâ et studio

EDMUNDI BURTON, Arm. A. M.

S. S. Trin. Coll. apud Cantab. aliquando Secii.

---

L O N D I N I,

Ex Officinâ J. NICHOLS;

Venales apud T. EVANS, the Strand.

M D C C L X X X I I I.

281.


N

A S


---

M. M A N I L I I  
A S T R O N O M I C O N.  
L I B R I Q U I N Q U E.

---







Quis fuit alter,  
Descripsit radio totum qui gentibus orbem?

M. M. A N I L I I  
A S T R O N O M I C O N.  
L I B R I Q U I N Q U E.

Cum Commentariis et Castigationibus

JOSEPHI SCALIGERI,  
JUL. CÆSARIS SCAL. FIL.  
F. JUNII BITURIGIS,

E T

FAYI; his Accedunt BENTLEII

Quædam Animadversiones reprehensione dignæ;

QUIBUS OMNIBUS

Editor sua Scholia interposuit.

*Edward Harwood.*

Operâ et studio

EDMUNDI BURTON, Arm. A.M.

S.S. Trin. Coll. apud Cantab. aliquando Socii.

---

L O N D I N I,

Ex Officinâ J. NICHOLS;

Venales apud T. EVANS, the Strand.

MDCCLXXXIII.

281



M. M. A. M. J. J. J.

ST. R. O. M. O. M. T. C. O. N.

J. D. R. T. O. W. I. E. N. O. M. E. Y.



Department of California

JOHN H. SULLIVAN

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA

THE CALIFORNIA



REVERENDO ADMODUM IN  
CHRISTO PATRI PHILIPPO  
EPISCOPO NORWICENSI\*.

**C**UI potiùs quam tibi, vir  
admodum reverende, hosce  
qualescunque labores deferam? Tu  
enim, jampridem studiorum acade

\* This excellent person died after the work was finished, and ready for publication: but owing to unforeseen and unavoidable accidents in the engraving of the plates, the publication has been delayed. The Editor therefore solicits the indulgence of the reader, and hopes, that what was originally intended as an acknowledgement of obligations due to this learned person's abilities, as a tutor, may now be considered, not as a dedication, but as a tribute of gratitude due to his memory.

1850

1851

1852

1853

1854

1855

1856

1857

1858

1859

1860

1861

1862

1863

1864

1865

1866

1867



RENDO  
 ISTO PATRI PHILIPPO  
 ISCOPO NORWICHENSI.

U I potida quam tibi, vir  
 admirandum reverende, horce  
 referuntur labores dactam  
 jampridem studium

This excellent person died after a  
 long illness, and read  
 the following

... publication: but owing to  
 a terrible accident in the  
 the publication has  
 been entirely lost. The  
 and hopes that what  
 is acknowledged of  
 attained person's qualities  
 considered, not as a dedica-  
 tion due to his memo-

) raras ta-  
 ationes in  
 Non niti-  
 tum, sed  
 ictio cre-  
 s eorum,  
 tes fen-  
 dicitur,  
 Scribæ  
 sperita-  
 in hoc  
 Manilii  
 Minervam,  
 pannum  
 tes lo-  
 us ge-  
 bant :

hujus  
 ro-  
 n

micorum præceptor, animum nondum pueritiæ illecebris exutum, & ineptiarum æstu fluctuantem, ad disciplinas severiores revocabas. Ex tuis præceptis, doctrinæ uberioris, & optimarum artium primos haustus delibavi; & ita apud te prima pueritiæ rudimenta dicar deposuisse.

Quot sunt, qui disciplinæ tuæ sale imbuti, in negotiosum vitæ theatrum prodierunt! qui famæ immortalis pennis subvecti, dum munera in republicâ obierunt, non minùs præceptoris humanitatem, quam Academiæ gloriam illustraverunt! Ob quam causam,

*Semper bonos, nomenque tuum, laudesque manebunt.*

Manilius, quanquam, Augusto vivente, & vixit & scripsit (jussu enim Augusti, ut ipse nos certiores facit

facit, hoc poëma condidit) raras tamen fontis Caballini irrigationes in hoc opusculum infundit. Non nitidum verborum genus ac lætū, sed spinosa quædam & exilis dictio crebrò occurrit; quæ nec venas eorum, qui legunt, teneat, nec mentes sensûsque degustet. Ita verè dicitur, *Poeta nascitur, non fit.* Scribæ porrò & editores, quando asperitatem agrestem & inconcinnam in hoc opere animadverterunt, & Manilii quodammodò invitam Minervam, unum & alterum continuò pannum affuebant; vitiosas & insolentes locutiones, prout suadebat malus genius, quaquaversum inducebant: Quapropter non rarò invenias

*Disjecti membra poetæ.*

Prætereà argumentum, sive hujus poematis materia, quæ res ad astrologiam

logiam pertinentes tractat, & usque Ephemericum præstigias gravi modo recenset (quanquam ad Heliconiorum modorum dulcedinem minimè accommodata) lectorem malè habet: hinc est, quòd Manilius legentis potiùs incuriam ac fastidium, quam intentionem & diligentiam excitat; aniles enim fabellas, astrologi fide, ex re garrit.

Tale quidem fatum aliquatenus fuit hujus poetæ, quale Absyrti. Non verò in rebus, sed in verbis tantùm Manilius discerpti poetæ speciem gerit. Ista nihilominus quæ scribarum & editorum temeritati imputentur, non adeo iis, quæ scripsit auctor, tenebras offundent, quin facillimè dignosci possint.

Argumentum siderum scientiam complectens, more poetarum, non  
multis

multis lectoribus gratum ; hinc evenit, quòd Maniliana poësis, & olim & nunc, heu ! fastidita jacet ; velut ædificium quoddam venerabile, vetustate ferè collapsum, cujus parietes spoliatos, & cujus partes interiores varietate rerum fordidarum dehonestatas, à prætereuntium manibus injectarum, non sine summâ sollicitudine intuemur.

Bentlejus noster, qui necit potius, quam solvit nodos, dum alienis scriptis aliquando operam dat, curiosâ ingenii felicitate, quamplurimam hujus auctoris obscuritatem in lucem vocavit : identidem tenebras hinc illinc circumfusas, in tenebras crassiores immerfit. Ille vero omni laude cumulandus, quoniam Sibyllæ folia colligere & connectere



(sed heu! frustra) contendit. Quis adeò laboris patiens, & sui confidens, ut sentes eruncare, & viam facilem ad Manilii familiaritatem aperire, in se recipiat? Is certè periculosæ plenum opus aleæ tractabit. Utut est opus hoc Manilianum, ita accipiamus, quemadmodum invenimus; præsertim quando optimarum editionum, & MSS. fide requiescere necesse sit. Quibus omnibus, quæ ad manûs venerunt, circumspectis, nulla hujus operis editio prior extare videtur, (quoad magnitudinem) hujus editionis æmula, ita se habens, ut nos votorum compotes esse fateamur. Hujus rei desiderium, ad hanc editionem emittendam, ansam dedit.

Exiguum

Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. Idcirco nervos semper intendisti tuos, vir admodum reverende, ad ea studia recolenda, ad istos mores conciliandos, ex quibus seges ac materia tuæ gloriæ spatiosè fruticetur. Sapientium enim virorum exempla in memoriam revocans, non tam præmia rectè factorum sequi soles, quàm ipsa rectè facta. Hæc officiorum genera utquequaque vigore animi fulcias ac sustineas ; ut tandem ex istis lumen, velut è speculâ, quod alii mirentur, late propagetur. Diu, vir admodum reverende, reipublicæ sis decori ac præsidio : adeo ut, prope jam

excurso spatio, anteaactam vitam cum  
lætitiâ respicias, & in posteram prof-  
picias cum fiducia.

Tibi omni obsequio & observantiâ,

Devinctissimus,

EDMUNDUS BURTON.

Calendis Junii, 1780.  
Dartmouth-street, Westminster.

## Quædam de MANILIO ex SCALIGERI

Editione desumpta.

**M**ANILII nullus veterum, eorum quidem qui extant, meminit. Ovidius omnes æquales suos poetas recenset: Sidonius omnes pœnè ab ultimâ vetustate ad sua usque tempora. Neuter de Manilio nè verbum quidem. Sed Ovidius non potuit. Quia eorum tantum meminit, qui intra exilium suum scripserunt. Manilius autem post ejus exilium scripsit, post cladem Varianam scilicet, a quâ ad Augusti excessum quinque anni plus minus numerantur. Manilius librum primum suum scribebat, adhuc ejus cladis recente luctu & memoriâ. Ait enim,

Extremas modò per gentes ut fœdere rupto,  
Cum fera ductorem rapuit Germania Varum.

Non mirum igitur, si ejus Ovidius non meminerit, qui paulo ante excessum Augusti duntaxat, se ad scribendum contulit, cum aliquot annis antea Ovidius Ponto relegatus esset. Sidonius autem non tantum quare non meminerit querendum nobis relinquit, quam conjiciendum, eum parum celebratum scriptorem fuisse:

fuisse : adeo ut nullus veterum Grammaticorum ejus meminerit, cum interea Manilio inferiores & ætate, & scriptione, ab illis in testimonium vocentur. Petrus Crinitus, qui singulorum poetarum vitas, facta, ac opera singulis capitibus librorum suorum dicare instituerat, cum videret se de hoc poetâ nihil certi afferre posse, quo justum caput conficeret, confugit ad nugas suas, tanquam claudus ad equum : Augusto gratissimum fuisse propter ingenii excellentiam : studium suum in mathematicis collocasse : maximas ingenii sui dotes tulisse : quæ verba, tanquam carmen legitimum tunc solet interponere, cum justo capiti absolvendo materia deest. Sed & illud tam falsò, quam confidentur extulit : Manilium, Eudoxum & Hipparchum in suis Astronomicis secutum fuisse. Homo nugator legerat Eudoxum, & Hipparchum Astronomica scripsisse : sed nesciebat, nihil pœnè in Astronomicis ab Eudoxo dictum, quod Hipparchus non everterit. Fierine igitur potest, ut duos contrarios scriptores imitandos sibi proposuerit ? Non magis profectò, quam si quis Thessalum, & Galenum se in medicinis sequi profiteretur.

Pudentior eo, & accuratior Lilius Giral-  
 dus : in cujus dialogis hæc portenta non invenias. Castigandus tamen est, cum videtur concedere,

concedere, nostrum Manilium eundem esse cum Manilio Antiocho: quem una navi Romam cum Staberio Erote grammatico vectum Plinius auctor est. Is est Staberius Eros, cujus meminit Suetonius libro de claris grammaticis ita: ubi legendum, Staberius Eros emptus de catastâ. Atqui Romæ Staberius Eros temporibus Sullanis ludum aperuit. Ejus æqualis Antiochus quo modo ad excessum usque Augusti, ad quem a Sullanis temporibus minimum centum anni numerantur, pervenire potuit, viderit ipse. Est enim manifestus ἀναρχοπισμὸς. Præterea quis ferat eundem Lilius Giraldum hunc Manilium Antiochenum natione dicere? quasi Antiochus nomen proprium non sit, sed gentile. Alia occurrit sententia, hunc nostrum eundem esse cum eo, qui pilam obelisco imposuit, facientium. Sed si esset idem cum hoc Plinii, quare non potius eum Poetam, quam Mathematicum vocasset. Deinde, qui nostras castigationes, & poema ipsius Manilii legerit, an eum Mathematicum vocare debeat, meritò dubitare possit. Nam eum illa, quæ ignorabat, scripsisse, ateri cogetur: ut de Nicandro, & Arato dicunt Græci & Latini veteres, eos ea scripsisse, quorum ipsi ignarissimi fuerunt. Quare de Manilio nihil certi aliud afferre possumus: Crinitum autem cum suis mendaciis valere sinamus.

Poema autem hoc mutilum putat Lilius, quòd suffragia stellarum desiderentur, quæ multis in locis se scripturum pollicetur. Sed falsum est. Nam hoc poema est sincerum, & signorum tantum apotelesmata per se continet, non autem commistam contemplationem. Quod quia suis locis clarè a nobis disputatum est, hic non repetendum censemus. Aiunt Bonincotrium quondam in hunc poetam commentarios edidisse: quem librum diligenter in Galliâ, Italiâ, Germaniâ conquistum reperire non potui. Quid ipse in hunc poetam boni edere potuerit, non video, qui tot mendis inquinatum eum nobis reliquerit. Quod si illum nancisci licuisset, fortasse multa menda, quæ in hoc auctore extant, ab ejus commentariis propagata esse videremus. Sed, quia illum auctorem non legi, de eo nihil aliud dicendum censeo.

---

---

# M. M A N I L I I

## A S T R O N O M I C O N .

### L I B E R I .

**C**ARMINE divinas artes, & conscia fati  
Sidera, diversos hominum variantia casus,  
Cœlestis rationis opus, deducere mundo  
Aggredior ; primusque novis Heliconam movere  
Cantibus, & viridi nutantes vertice Silvas,  
Hospita sacra ferens, nulli memorata priorum.

5

*conscia fati*] Ita Virgilius, *Æn. 9. . . . sidera conscia testor.* Non solum conscientiam, verum etiam auditum, & visum, cæterasque animalis fabricæ facultates fideribus veteres ascripserunt. Ita illi, æquè ac Æovi, anilium fabularum analecta magnâ veneratione prosequerantur.

*deducere mundo*] Caveat lector, quodcumque vox *mundus* occurrat. In hoc opere frequentius *universum systema* significat, non raro *cælum*, raro *terram*. Hic idem est ac *deducere cælo*.

*ferens*] Indicans, monstrans.

*Hospita sacra ferens.*] Hospita per contractionem pro hospitia, sed, ut opinor, nullâ auctoritate,

nisi suâ. Hospita sacra, scilicet cœlestes sedes, sive cælum, Manilius ait, se tractare. Sed quid vult, quando affirmat, *nulli memorata priorum?* Nonne Aratus, qui multis annis ante Manilium vixit, librum poeticum de astronomiâ scripsisset? Qui proculdubio Manilii incæpti causa & dux fuisse videtur. Verba intellectu sunt facilia, si Latinos poetas tantum pestringant; nullus enim ante Manilium poeta Latinus rem astronomicam attigisset. Et melius quidem Manilio cessisset, si, cum poeticas videres aggredi ausus fuisset, *Cynthius aurem vulsisset, & admonuisset.*

B

Nunc



Nunc mihi, tu Cæsar, patriæ princepsque paterque  
 Qui regis Augustis parentem legibus orbem,  
 Concessumque patri mundum Deus ipse mereris,  
 Das animum, facis & vires ad tanta canenda. 10  
 Jam propiusque favet mundus scrutantibus ipsum,  
 Et rapit æthereos per carmina pandere censûs.  
 Hoc sub pace vacat tantum. Juvat ire per ipsum  
 Aera, & immenso spatiantem vivere cœlo,  
 Signaque & adversos stellarum noscere cursûs. 15  
 Quod solum novisse, parum est. Impensius ipsa  
 Scire juvat magni penitus præcordia mundi :  
 Qua generet regat atque suis animalia signis  
 Cernere, & in numerum Phœbo modulante referre.  
 Bina mihi positis lucent altaria flammis. 20  
 Ad duo templa precor, duplici circumdatus æstu,  
 Carminis & rerum : certâ tum lege canentem  
 Mundus & immenso vatem circumstrepit orbe,  
 Vixque soluta suis immittit verba figuris.  
 Quem primum infernis licuit cognoscere terris 25  
 Munera cœlestum ? Quis enim condentibus illis

*facis & vires*] In antiquis editionibus *viresque facis*; & hâc lectione manifesta quantitatis poeticæ violatio inducitur. Mirum, quod doctissimus noster Bentleius emendatoris partes non egit hoc loco; sed potius antiquam lectionem retinuit. Profectò hoc verè dici potest, ille Aristarchus non tam versuum quantitatem, quam qualitatem ponderavit.

*adversos stellarum*] stellarum quinque, item solis & lunæ ab occasu in ortum cursus est. SCALIGER.

*Bina mihi positis*] Duplicia sacra sibi obeunda esse testatur, illi & materiæ. Nam altero poe-

ticen, altero astronomiam intelligit. Utrumque autem Deorum inventum. Quare dicit, *carminis & rerum*; quippe altero scripti- onem, altero materiam, seu sub- jectum designat. SCALIGER.

*Vixque soluta suis*] Hoc dicit, tanquam mundus nova verba novæ materiæ explicandæ illi suggerat. Soluta, articulata verba dicit, quæ vix sibi suggeri queritur; quia intacta antea latinis camænis ma- teria. Figuras vocat notiones verborum, imitatione Græco- rum, qui tales notiones vocant designationes, denotationes, sive representationes rerum, χαρακτι- ριστες. SCALIGER.

Clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?  
 Quis foret humano conatus pectore tantum,  
 Invitis ut diis cuperet Deus ipse videri?  
 Sublimes aperire vias; inumque sub orbem 39  
 Et per inane suis parentia legibus astra,  
 Nominaque & cursus, signorum & pandere vires?  
 Tu princeps, auctorque sacri, Cyllenie, tanti:  
 Per te jam cœlum in terris, jam sidera nota;  
 Major uti facies mundi foret; & veneranda 35  
 Non species tantum, sed & ipsa potentia rerum;  
 Sentirentque Deum gentes; quam maximus esset  
 Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent  
 Omnibus, & mundi faciem, cœlumque supernum;  
 Naturæque dedit vires: seque ipsa reclusit, 40  
 Regales animos primum dignata movere,  
 Proxima tangentes rerum fastigia cœlo:  
 Qui domuere feras gentes Oriente sub ipso  
 Quas fecat Euphrates, in quas & Nilus inundat,  
 Quà mundus redit, & nigras superevolat urbes. 45

*Clepsisset*] Antiquè dictum; & creberrimè antiquà locutione utitur. Non advertit Manilius, quòd *verborum vetus interit ætas.*

*Cylenie*] Ægyptios astronomiam didicisse, docente Mercurio, omnes libri loquuntur. Neque enim homines soli per se id adepti fuissent, nisi ipsis diis monstrantibus. SCALIGER.

*Et mundi faciem*] Ordo est: Qui, ut facies mundi & cœlum supremum cognita essent omnibus, disposuit ea per tempora. SCALIGER.

*Seque ipsa reclusit*] Manilius Deum vult auctorem naturæ hujus, ipsi indidisse has vires: quibus acceptis ipsam sese reclusisse & patefecisse; primùm quidem

regibus maximis in orientis partibus, deinde sacerdotibus ab iis artem quandam confectam in alios homines dimanasse. Sic autem notat *Belum, Zoroastrem*, & alios sideralis scientiæ inventores, qui Babylonix Ægyptoque præfuerunt. BUTIRIGIS.

*Quas fecat Euphrates*] Nili fluminis origo in Æthiopiâ est. Ægyptus jacet sub tropico Cancris, a quo mundus redire dicitur, cum sol revertitur. Erumpens e suis antris Nilus defertur præceps in utrumque cataractem, ex editiore loco in inferiorem Ægyptum; & ita *nigras superevolat urbes* mundus, cum nigros populos Ægypti transit. BUTIRIGIS.

Tum qui templa sacris coluerunt omne per ævum,

Delectique sacerdotes in publica vota

Officio vinxere Deum ; quibus ipsa potentis

Numinis accendit castam præsentia mentem,

Inque Deum Deus ipse tulit, patuitque ministris. 59

Hi tantum novere decus ; primique per artem

Sideribus videre yagis pendentia fata.

Singula nam propriâ signârunt tempora causâ,

Longa per assiduas complexi sæcula curas :

Nascendi quæ cuique dies, quæ vita fuisset : 55

In quas fortunæ leges quæque hora valeret ;

Quantaque quam parvi facerent discrimina motûs,

Postquam omnis cœli species redeuntibus astris

Percepta in proprias sedes, & reddita certis

Fatorum ordinibus sua cuique potentia formæ ; 60

Per varios usûs artem experientia fecit,

Exemplo monstrante viam ; speculataque longè

Deprendit tacitis dominantia legibus astra,

Et totum æternâ mundum ratione moveri,

Fatorumque vices certis discurrere signis. 65

Nam rudis ante illos, nullo discrimine, vita

In speciem conversa, operum ratione carebat,

Et stupefacta novo pendebat lumine mundi,

*vinxere Deum*] Duo Manilius sacerdotum encomia ponit : unum, quod sibi adjunxerunt Deum : alterum, quod Deus conciliatus se adjunxit ipsis : hoc enim significatur illis verbis, *inque Deum Deus ipse tulit* : id autem est, Deus ipse intulit Deum. BUTIRIGIS.

Qui Deos officio quasi devinciunt. SCALIGER.

*Singula nam propriâ*] Nempe quia per assiduas curas & observationes diligentissimas singulorum

casuum, qui temporibus singulis evenerunt, ex longorum sæculorum complexu artem constituerunt, ut sequente versu exponitur. BUTIRIGIS.

*Exemplo monstrante*] Hoc enim annotatum posteris tradiderunt exemplis. SCALIGER.

*Et totum æternâ*] In quibusdam MS. *alternâ*. Lege *æternâ*. Æterna scilicet ratio, & cœlestis ratio, de quibus supra satis.

SCALIGER.

Tum

Tum velut amissis mœrens, tum læta renatis  
 Sideribus ; variosque dies, incertaque noctis  
 Tempora, nec similes umbras, nec sole regresso  
 Jam propiore, suis poterat discernere caufis.  
 Necdum etiam doctas solertia fecerat artes,  
 Terraque sub rudibus cessabat vasta colonis.  
 Tumque in desertis habitabat montibus aurum,  
 Ignotusque novos Pontus subduxerat orbes,  
 Nec vitam pelago, ventis nec credere vela  
 Audebant ; sed quisque satis se nôsse putabat.  
 Sed cum longa dies acuit mortalia corda,  
 Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque  
 Advigilare sibi iussit fortuna premendo :  
 Seducta in varias certârunt pectora curas,  
 Et quodcunque sagax tentando repperit usus,  
 In commune bonum commentum læta dederunt.  
 Tunc & lingua suas accepit barbara leges,  
 Et fera diversis exercita frugibus arva,  
 Et vagus incertum penetravit navita pontum,  
 Fecit & ignotis itiner commercia terris.  
 Tum belli pacisque artes commenta vetustas,  
 Semper enim ex aliis alias profeminat usus.

70

75

80

85

90

*Jam propiore*] Nimirum illa  
 rudis prisorum vita. BUTIRIGIS.

*Ignotusque novos*] Non frustra  
 dixit *novos orbes*, propter *Bri-*  
*tanniam* paulo ante sua tempora  
 a C. Julio Cæsare repertam, quam  
 novum orbem vocabant.

SCALIGER.

*Advigilare sibi*] Premendo for-  
 tuna acuit. Quasi dicat,  
 Necessitas artes acuit. Ut  
 — *durisque urgens in rebus*  
*egeſtas.*

SCALIGER.

*Quodcunque Sagax*] *Quod-*  
*cunque commentum*, hâc con-  
 struſtione. *In eorum bonum com-*  
*mune, commentum læta pectora*  
*dederunt.*

BUTIRIGIS.

*Itiner*] Pro auctoris sæculo  
 nimis vetustum. Tamen verbis  
 hujus moduli frequenter utitur.  
*venerabili* verborum ærugini sese  
 devovet.

Nec

Nec vulgata canam, volucrum prædicere linguas ;  
 Consultare fibras, & rumpere vocibus angues,  
 Sollicitare umbras, inumque Acheronta movere,  
 In noctemque dies, in lucem vertere noctes,  
 Omnia conando docilis solertia vicit. 95

Nec prius imposuit rebus finemque modumque  
 Quam cœlum ascendit ratio, cepitque profundis  
 Naturam rerum causis, viditque quod usquam est :  
 Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore,  
 Hiberna æstivâ nix grandine mollior esset : 100

Arderent terræ, solidusque tremisceret orbis ;  
 Cur imbres ruerent, ventos quæ causa moveret,  
 Pervidit, solvitque animis miracula rerum,  
 Eripuitque Jovi fulmen, viresque Tonantis,  
 Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem. 105

Quæ postquam in proprias deduxit singula causas  
 Vicinam ex alto mundi cognoscere molem  
 Intendit, totumque animo comprehendere cœlum ;  
 Attribuitque suas formas, sua nomina signis,  
 Quasque vices agerent certâ sub lege notavit ; 110

Omniaque ad numen mundi, faciemque moveri,  
 Sideribus vario mutantibus ordine fata.  
 Hoc mihi surgit opus non ullis ante sacratum  
 Carminibus. Faveat magno fortuna labori ;  
 Annosa & molli contingat vita Senectâ, 115

Ut possim rerum tantas emergere moles,  
 Magnaque cum parvis simili percurrere curâ,

*Eripuitque Jovi fulmen]* Ex-  
 olvit animos superstitione, &  
 causas, quæ, Deorum Mytholo-  
 gis, occultæ dictæ, ab ultimâ  
 naturâ repetivit. SCALIGER.

*Attribuitque suas formas]* For-

mæ variæ, nunc *serinæ*, modo  
*humanæ*, deinde *compositæ*, quæ  
 in Zodiaco videntur, ab homi-  
 nibus inventæ, ut Scientia astro-  
 nomica, sub captum humanum eo  
 facilius cadat,

Et quoniam cœlo carmen descendit ab alto,  
 Et venit in terras fatorum conditus ordo,  
 Ipsa mihi primum naturæ forma canenda est, 120  
 Ponendusque suâ totus sub imagine mundus,  
 Quem sive ex nullis repetentem semina rebus  
 Natali quoque egere placet, semperque fuisse  
 Et fore, principio pariter fatoque carentem.  
 Seu permixta chaos rerum primordia quondam 125  
 Discrevit partu, mundumque enixa nitentem  
 Fugit in infernas caligo pulsa tenebras.  
 Sive individuus, in idem reditura soluta,  
 Principiis natura manet post sæcula mille ;  
 Et pæne ex nihilo summum, nihilumque futurum, 130  
 Cæcaque materies cœlum perfecit & orbem :  
 Sive ignis fabricavit opus, flammæque micantes,  
 Quæ mundi fecere oculos, habitantque per omne  
 Corpus, & in cœlo vibrantia fulmina fingunt :

*Quem sive ex nullis]* Sententia Aristotelis, quem nunc designat. Is, ut probet mundum æternum, ita concludit. Quod circulariter movetur, nullum contrarium habet. Quod nascitur, & denascitur, contrarium habet. Quod igitur circulariter movetur, neque nascitur, neque denascitur. Argumenta satis nota, & vulgo scholasticorum trita. Fatum autem more suo perniciem aut exitium vocat. Et subinde conjungit hæc, ut contraria, natalem & fatum. SCALIGER.

*Seu permixta chaos]* Sive mundus principio caret, ut vult Aristoteles : Sive principium habet, ut decernunt vetustissimi Ægyptii. Æsculapius Ægyptius, vetustissi-

mus scriptor, in suâ Myriogenesi scripserat, in posterioribus partibus libræ hanc concretionem factam : eamque esse natalem mundi. Apparet Ægyptios hoc a Josepho Patriarcha edoctos. Nam Hebræi ante legem Mosæ principium anni a librâ auspicabantur. Quo nomine tabernaculorum erectio solenne institutum. Postea ab æquinoctio verno, quoniam eo tempore & ex Ægypto egressi sunt, & Opt. Max. Dei beneficio servitutis jugum a cervicibus suis depulerunt. SCALIGER.

*Fugit in infernas]* Post Cœlum & Terram, ex Hesiodi sententiâ, Erebus & Nox, aliter Tartaræ tenebræ originem pariter suam e Chao duxerunt.

Seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum 135  
 Materies, ipsumque vocat, quo solvitur, ignem.  
 Aut neque terra patrem novit, nec flamma, nec aer,  
 Aut humor, faciuntque Deum per quatuor artus,  
 Et mundi struxere globum, prohibentque requiri  
 Ultra se quicquam : cum per se cuncta creantur, 140  
 Frigida nec calidis desint, aut humida ficcis,  
 Spiritus aut solidis ; fitque hæc discordia concors,  
 Quæ nexûs habiles, & opus generabile fingit,  
 Atque omnis partûs elementa capacia reddit.  
 Semper erit genus in pugna, dubiumque manebit : 145  
 Sed facies, quâcunque tamen sub origine, rerum  
 Convenit, & certo digestum est ordine corpus.  
 Ignis in æthereas volucer se sustulit auras,  
 Summaque complexus stellantis culmina cœli,  
 Flammarum vallo naturæ mœnia fecit. 150

*Ipsumque vocat*] Id est, adeo ad incendium ac consequentem interitum apta est, ut advocare ignem, & ex ariditate suâ allicere videatur. BUTIRIGIS.

*Sive individuis*] Eandem cæcam materiem cum vocat, usus est verbo Epicurei dogmatis.

SCALIGER.

*Sive ignis*] Dogma Heracliti.  
*Seu liquor*] Thaletis Milefii sententia.

*Terra patrem*] Contra Platonis Timæum, in quo Deus opifex mundi ascribitur.

*omnis partus*] omnes formas recipit materia. Quanquam nondum planè explicavit Plato, quid sit materia. Tamen quid vult, non alienum est a mente hujus nostri, qui capacem vocat.

SCALIGER.

*Sed facies*] Sensus hic est : Quæcunque sit origo mundi, sive

principium habet, sive non (nam id in dubio est) ; quæcunque igitur sit ejus origo, non dubitatur de formâ, tametsi de natali ejus. SCALIGER.

*In æthereas auras*] Pro *in æthereas*. Bentleius locum castigat, & legit *in æthereas oras*. Non animadvertit quod Manilius dictionibus a communi consuetudine alienis insolescit. Hic autem non in tantum eminet ejus affectata oratio. Cur enim non *ætherea aura* æquè ac *ætherea ora*? *Ætherea aura* enim nihil aliud quam spatium istud aut regio superna ubi tandem aura locum obtinet. Idem prorsus designat *ora ætherea*.

*Flammarum vallo*] Crediderunt veteres, stellas ex igne compositas. Ita *flammarum vallo* cælestis camera stellata intelligenda est. Sidera vocantur *Flammæ micantes* supra.

Prox.

Proximus in tenues descendit spiritus auras  
 Aeraque extendit medium per inania mundi.  
 Ignem flatus alit vicinis subditus astris.  
 Tertia fors undas stravit fluctûsque natantes,  
 Æquora profudit toto nascentia ponto ; 155  
 Ut liquor exhalet, tenues atque evomat auras,  
 Aeraque ex ipso ducentem semina pascat.  
 Ultima subsedit glomerato pondere tellus,  
 Convenitque vagis limus permistus arenis,  
 Paulatim ad summum tenui fugiente liquore. 160  
 Quoque magis puras humor secessit in undas,  
 Et siccata magis strinxerunt æquora terras,  
 Adjacuitque cavis fluidum convallibus æquor.  
 Emergere fretis montes, orbisque per undas  
 Exiliit, vasto clausus tamen undique ponto. 165  
 Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem,  
 Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illâ  
 Tantundem refugit mundus ; fecitque cadendo  
 Undique, ne caderet. Medium totius & imum est.  
 Ictaque contractis consistunt corpõra plagis, 170  
 Et concurrento prohibent in longius ire.

*Quoque magis puras*] Humor five vapor exhalatus in puras undas, five aera (nam aer est fluidum) omnino terrenas particulas conglutinavit ; aqua enim in tantum semota, siccitatem dedit terræ, & siccitas partium conjunctionem, quas liquor antea separavisset. Strinxerant igitur æquora terras, cum partim exhalata, firmitatem terræ contulerunt ; humor enim inclusus terrenas partes solvit.

*Ictaque contractis*] Partes terre in medium feruntur. Pondus enim habent, donec ad medium perve-

nerint. Nam quod pondus habet, & secundum pondus movetur, id eousque movetur, quoad perveniat ad medium, siquidem nihil impediverit. Cum igitur omnes partes in medium vergant, & minores a majoribus truantur, ac densentur, propterea quod majores semper urgeant vi suâ, quia scilicet pollent minoribus : eo facto tandem globi forma prodit : veluti cum è cera pila fit, semper id, quod inæqualiter extat, ac protuberat, fingendo in medium truditur. Igitur contractas plagas dicit. SCALIGER.

C  
*hm*

Quod



Quod nisi librato penderet pondere tellus,  
 Non ageret cursum mundi, subeuntibus astris,  
 Phœbus ad occasum, & nunquam remearet ad ortum,  
 Lunave submersos regeret per inania cursus : 175  
 Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,  
 Hesperus immerso dederat qui lumen Olympo.  
 Nunc quia non imò tellus dejecta profundo,  
 Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta,  
 Quà cadat, & subeat cœlum, rursusque resurgat. 180  
 Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris,  
 Nec toties possum nascentem credere mundum,  
 Solisve assiduos partus & fata diurna,  
 Cum facies eadem signis per sæcula constet ;  
 Idem Phœbus eat cœli de partibus iisdem : 185  
 Et natura vias servet, quas fecerat ipsa ;  
 Lunaque per totidem luces mutetur, & orbis,  
 Nec tyrocinio peccet ; circumque feratur

*Subeuntibus astris*] Astris soli succedentibus post occasum.

*Quod nisi librato*] Contra Xenophanem, pendere enim terram negabat.

*Nam neque fortuitos*] Hoc censebat Epicurus, & ortus fieri secundum incensionem, occasus per extinctionem, quotiescunque ferat status.

*Submersos*] Veteres inter errores alios, quos pertinaciter tuebantur, hunc præcipuè fovebant : scilicet solem, lunam, & stellas in oceanum delabi ad occasum, atque ex oceano ad ortum emergere.

*Lucifer*] Ita dictus, quoniam diem inducit & solem prægreditur : Hesperus vero idem dicitur, quoniam soli succedit, & vespertinum tempus illustrat.

*rursusque resurgat*] Pleonaf-

mus. Hoc dicit Manilius, omnia spatia, quoniam tellus medio suspensa, pateant ; ob hanc causam cœlum in rotatione occidit, subterram eat, & iterum in priorem locum per ascensum remeat.

*Solisve assiduos partus*] Nequaquam ait, credere potest, solem habere quotidianam existentia renovationem, & quotidianum interitum. Puerilis sententia Heracliti. Dicebat solem, ac cætera astra ignem esse. Cum igitur in Oriente sint, accendi, propter ejus partis calorem : in occasu extinguui, propter frigiditatem, quæ in Occiduis partibus est. SCALIGER.

*Nec tyrocinio*] Luna nova in cursu, quem constanter peragit, nunquam deficit, aut leges datas a principio rerum violat. Tyrocinium vocantur novæ lunæ primæ progressionēs.

Æternâ cum luce dies, quod tempora monstret  
 Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis 190  
 Semper, & ulteriùs vadentibus, ortus ad ortum  
 Occasumve obitus, cœlum & cum sole perennet.

Nec vero tibi naturâ admiranda videri  
 Pendentis terræ debet, cum pendeat ipse  
 Mundus, & in nullo ponat vestigia fundo. 195  
 Quod patet ex ipso motu, cursuque volantis;  
 Cum suspensus eat Phœbus, cursumque reflectat  
 Huc illuc, agiles & fervet in æthere metas:  
 Cum luna & stellæ volitent per inania mundi;  
 Terra quoque aerias leges imitata pependit. 200  
 Est igitur tellus mediam sortita cavernam  
 Aeris, & toto pariter sublata profundo.  
 Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem  
 Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.  
 Hæc est naturæ facies. Sic mundus & ipse 205  
 In convexa volans, teretes facit esse figuras  
 Stellarum; solisque orbem, lunæque rotundum  
 Aspiciamus, tumido quærentes corpore lumen,  
 Quòd globus obliquos totus non accipit ignes.

*Nec vero tibi natura*] Duo proposuit, situm terræ, & ejus formam. De situ jam absolvit. Sequitur forma, quam rotundam esse concludit. SCALIGER.

*Quærentes*] In omnibus editionibus quas vidi, *quærentis*, sed perperam: non enim interpretes rem in animis diligenter agitaverunt. Ait Poeta, quandocumque luna pleno effulget orbe, aspiciamus rotunditatem: quum vero deerescit, lumen, quod prius aspeximus, plenum & rotundum, quærimus, cum corpus sit tumidum, aut gibbosum: sed tunc

temporis, lucem plenam non habere potest, quoniam obliquè ignes solis accipit, qui globum totum implere non possunt ob obliquitatem. Interpretes faciunt, *Lunæ quærentis, & tumido corpore* æquè ac rotundo corpore aut pleno. Sed quâ ratione potest Luna quærere lucem plenam, cum corpus ejus sit plenum lucis? Si hæc ita sint, ut volunt interpretes, tum ratio, quæ sequitur, non admitti potest, nempe *quod globus obliquos, &c.* Mirum, hæc loca situ senta sagacitatem Bentleii fugisse.

Hæc æterna manet, Divisq̄ue simillima forma, 210  
 Cui neque principium est usquam, nec finis : in ipso  
 Sed similis toto remanet, perque omnia par est.  
 Sic stellis glomerata manet mundoque figura.  
 Idcirco terris non omnibus omnia signa  
 Conspicimus. Nusquam invenies fulgere Canopum, 215  
 Donec Niliacas per pontum veneris oras.  
 Sed quærent Helicen, quibus ille supervenit ignis,  
 Qui laterum tractûs habitant, mediique tumores  
 Eripiunt terræ cœlum, visûsque coercent.  
 Te testem dat, Luna, sui glomerabilis orbis, 220

*agiles metas*] Meta certe est  
 fixa. Vocatur vero agilis per Hy-  
 pallagen, ob agilitatem corporum  
 cœlestium, quando metam utram-  
 que attingunt, & ab utràque re-  
 vertuntur.

*Sol metâ distabat utrâque.*

Ov.

*toto profundo*] Universo syste-  
 mate, aut immenso cœlorum &  
 cœlestium operum tractu.

*Divisq̄ue simillima forma*] Cir-  
 culus neque principium habet, nec  
 finem : ideo Divis hic dicitur esse  
 simillimus : Divi enim æterni, &  
 infiniti.

*Idcirco terris*] Duobus argu-  
 mentis disputationem suam munit,  
 eminus & cominus scilicet. Nam  
 omnia pondera deorsum vergere :  
 & eo dato, terram Sphæroidicam  
 probat. Ex mari, item ex stellis,  
 ut in canopi exemplo, quod ad-  
 fert, & ejusmodi similibus idem  
 probare. Sensu enim percipimus.

SCALIGER.

*fulgere canopum*] Canopus &  
 Berenices crines non videntur nisi  
 Rhodo in Austrum pergentibus.  
 Canopum Gadibus & Cnidi videri,

quoniam in eadem inclinatione  
 sunt, testis Strabo. Et Cnidii diu  
 ostendebant turrem seu speculam,  
 e quâ Eudoxus eorum popularis  
 Canopum speculari solebat.

SCALIGER.

*Sed quærent Helicen*] Major  
 Urfa, in Cnidio tractu tangit  
 punctum horizontis Septentriona-  
 lis. In eo autem tractu, polus  
 ad 36 gradus attollitur. Alex-  
 andriæ vero primores pedes ejus,  
 qui faciebant punctum horizontis,  
 occultantur. Quia cum inter Cni-  
 dum & Alexandriam differentia sit  
 6 graduum non potest esse illis  
 idem horizon. Ergo qui erat  
 horizon Cnidiis, is Alexandrinis  
 nullus erit. SCALIGER.

Hoc modo Manilii Astronomi-  
 cum ingenium ignorantia arguit  
 Scaliger, & profecto multi hujus-  
 modi errores frequenter lectorem  
 offendunt.

*quibus ille supervenit*] qui sunt  
 sub Canopo, non videbunt Heli-  
 cen. ille ignis, scil. ignis Canopi.

*Te testem dat,*] Nempe terra  
 dat Lunam testem.

Quæ cum merfa nigris per noctem deficiis umbris,  
 Non omnes pariter confundis fidere gentes,  
 Sed prius Eoæ quærunt tua lumina gentes :  
 Post medio subjecta Polo quæcunque coluntur ;  
 Ultima ad Hesperios infectis voveris alis, 225  
 Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra,  
 Quod si plana foret tellus, simul ista per omnes  
 Deficeret, pariter toto miserabilis orbe.  
 Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,  
 His modo, post illis apparet Delia terris, 230  
 Exoriens simul atque cadens. Quia fertur in orbem  
 Ventrîs, & acclivis pariter declivia jungit,  
 Atque alios superat gyros, aliosque relinquit.  
 Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.

*Superat gyros*] Id est, Luna dum circuitum facit nunc has regiones illustrat, nunc illas : ideo dicitur relinquere alios gyros aut partes terræ circulares, quoniam successivè transit a quibusdam ad alios gyros ; sic relinquit eos, a quibus ulterius progreditur.

*Te testem dat, luna,*] Et hoc unum ex vulgatissimis argumentis, deliquia lunaria ab iis prius videri, qui propius a sole oriente absunt : unde terræ forma rotunda colligitur. SCALIGER.

*Simul ista*] Luna scilicet. Uno eodemque momento deliquium ab omnibus videretur. SCALIGER.

*Seraque in extremis*] Lunæ delinquenti crepitu vasorum æreorum succurri solitum si pluribus probare velim, otio meo abutar. SCALIGER.

*Sera*] nocturna.

*Sed quia per teretem*] Non est quidem absoluti orbis, si campos, montes, ac valles spectes. Sed ejus amplexu si capita linearum comprehendas in ambitu, tum

planè figura Sphæroidica efficitur. Terra enim non est sphaera, sed sphæroides. SCALIGER.

*Acclivis pariter*] *Acclivis* pluralis dativus a recto *acclivus*. Maximam Lunæ declinationem Borealem *acclivia* vocat : ejusdem maximam declinationem Australem per *declivia* intelligit. Aut per *acclivia* intelligit montes & clivos : per *declivia* convalles, seu montium clivos deorsum tendentes. Dicitur declivia jungere acclivis, quoniam in ascensu & descensu totam terram per vices illuminat. SCALIGER.

*In orbem ventris*] Terra dicitur ob tumores ejus & partes editiores, esse ventricosa ; & ita Luna in cursu fertur super orbem terræ ventricosum.

*Infectis alis*] Nigris alis. Nempe fertur Luna ad populos Occidentales, cum lux ejus deficit, & sic tenebris obducta cursu volvitur. Ultima, id est, postremò. Sed hæc probant, veterem Astronomiam infectis alis *ignorantiæ ferri*.

Hanc

Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum, 233  
 Aeriæque colunt volucres. Pars ejus ad Arctos  
 Eminent, Austrinis pars est habitabilis oris ;  
 Sub pedibusque jacet nostris, supraque videtur  
 Ipsa sibi ; fallente solo declivia longa,  
 Et pariter surgente viâ, pariterque cadente, 240  
 Hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,  
 Illic orta dies sopitas excitat urbes,  
 Et cum luce refert operum vadimonia terris.  
 Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus.  
 Pontus utrosque suis distinguit, & alligat undis. 245

Hoc opus immensi constructum corpore mundi,  
 Membraque naturæ diversâ condita formâ  
 Aeris, atque ignis, terræ, pelagique jacentis,  
 Vis animæ divina regit ; sacroque meatu  
 Conspirat Deus, & tacitâ ratione gubernat ; 250  
 Et multa in cunctas dispensat fœdera partes,  
 Altera ut alterius vires faciatque feratque,  
 Summaque per varias maneat cognata figuras,

Nunc tibi signorum lucentes undique flammâs  
 Ordinibus certis referam. Primumque canentur 255  
 Quæ media obliquum præcingunt ordine mundum,  
 Solemque alternis vicibus per tempora portant,  
 Atque alia aduerso luctantia sidera mundo.

Omnia

*Supraque videtur*] Nam ut populi Septentrionales supra esse se existimant, & Austrinos esse infra : sic Austrini se supra, & Septentrionales infra, vice versa, opinantur, & ob causam *fallente solo*, &c.

*sacroque meatu*] Crudæ & indigestæ dictiones, sunt Manilii delicix. Quid sit, *conspirare sacro meatu* ? Aut hic sensus elici-

endus aut nullus. Deus non tantum fecit, & movit elementa, sed adhuc gubernat eorum motus. Sic, *sacro meatu conspirate*, est sacrum motum moderari, coercere, disponere. Sacer, quoniam a Deo est. Deus, ait poeta, *sacro meatu* opifex omnipotens.

*luctantia sidera*] Sidera fixa unâ cum cœlo vertuntur : planetæ varo contrâ

Omnia quæ possis cœlo variare sereno.  
 E quibus & ratio fatorum ducitur omnis. 260  
 Ut fit idem mundi primum, quod continet arcem.  
 Aurato princeps aries in vellere fulgens,  
 Respicit admirans aversum surgere taurum,  
 Summisso vultu Geminos & fronte vocantem.  
 Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo leonem. 265  
 Æquato tum Libra die cum tempore noctis  
 Attrahit ardenti fulgentem Scorpion Astro.  
 In cujus caudam contentum dirigit arcum  
 Mistus equo, volucrem missurus jamque sagittam.  
 Tum venit angusto Capricornus fidere flexus. 270  
 Post hunc inflexam defundit Aquarius urnam,

contrâ cœli motum nituntur. Cœlum enim ab Oriente in Occidentem volvitur, secumque trahit & solem & reliquos planetas. Sol vero cum aliis planetis, suo ac naturali motu, contra cœli conversionem nititur, hoc est, cum quodam nisu & conatu movetur.

*Per tempora*] Per anni tempestates quatuor.

*Summa cognata*] Tota cœli fabrica (aut universus mundus) per varietatem formarum connectitur; ita cognatione quâdam conjuncta.

*Variare*] Vox singularis, & Manilio, sicut multæ aliæ, per affectionem selecta. Variare igitur signa & sidera, est, varietatem constellationum, i. e. signorum, & siderum intueri. In nullo alio auctore hoc sensu occurrit.

*Ut fit idem*] Zodiacum mundi arcem vocat, quod ex eo ortus, & interitus præcipuæ causæ defluunt, & ut ipse ait, quod ex eo omnis ratio fatorum ducitur. Ab eo igitur merito auspiciatur, ut,

inquit, primum fit, & primo loco ponatur, quod mundi arcem continet. SCALIGER.

*Summisso vultu*] Est enim ingeniculatus, & ut bos, humi procumbens. Est autem aversus Arieti, ad Geminos autem conversus. SCALIGER.

*Attrahit ardenti*] Libra Scorpionium dicitur attrahere, ab eo, quod Scorpii Dodecatemorion in Libram finitur, & absolvitur. Siquidem ejus Chelæ partem Libram occupant. Unde Chelarum nomine etiam Libra intelligitur, tam apud alios scriptores, quam apud hunc nostrum. SCALIGER.

*jamque sagittam*] Decurtata locutio, jamque pro jam jamque.

*venit Angusto*] Angustum Capricornum dicit, quod contractior in tabulâ Astronomicâ pingretur: vel quoniam a centro oculi linea ad Capricornum ducta, humillima est omnium, quæ ab oculo ad signiferum ducuntur. SCALIGER.

Piscibus affuetas avidè subeuntibus undas :  
 Quos Ariès tangit claudentes ultima signa.  
 At qua fulgentes cœlum confurgit ad Arctos,  
 Omnia quæ summo despectant sidera cœlo, 275  
 Nec nôrunt obitûs, unoque in vertice tantùm  
 In diversa fitæ cœlumque & sidera torquent,  
 Aera per gelidum tenuis deducitur axis,  
 Libratumque gerit diverso cardine mundum.  
 Sidereus circa medium quem volvitur orbis, 280  
 Æthereosque rotat cursûs : immotus at ille  
 In binas Arctos magni per inania mundi,  
 Perque ipsum terræ directus constitit orbem.  
 Nec vero è solido stat robur corporis ejus,  
 Nec grave pondus habet, quòd onus ferat ætheris alti. 285  
 Sed cum aer omnis semper volvatur in orbem,  
 Quòque semel cœpit, totus volet undique in ipsum,  
 Quodcunque in medio est, circa quod cuncta moventur,  
 Usque adeo tenue, ut verti non possit in ipsum,

*Piscibus*] Pisces duo adversi, oppositis dorsis, cum vinculo, quod Græci Magistri *Αἰὼν* vocant. SCALIGER.

*In diversa fitæ*] Dorsis adversis Cynosura & Helice, duæ urtæ fitæ in tabulâ astronomicâ. Unius caput in caudam alterius vergit. FAYUS.

*diverso cardine*] Duplici polo, Arctico scilicet & Antarctico. Cardines dicantur, quia quasi in illis innixa mundi moles, tanquam janua in suis cardinibus, volvitur. FAYUS.

*Nec vero è solido*] Nec vero, inquit, robur ejus corporis constat è solido.

Non affingenda est ei robusta materia, quia mundum sustineat. Nam in medio corporis, quod circulari motu agitur, manet aliquid, circâ quod movetur. Mun-

dus autem circa axem movetur. Igitur axis est pars mundi, non utique ex solidâ materiâ. SCALIGER.

*verti non possit*] More suo dixit, *in ipsum*, pro in seipsum. Usque adeo est, inquit; tenuis axis, ut ipse circa seipsum moveri non possit, quomodo mundus, circa ipsum movetur. Quod si aliquis dicat, circa suum centrum moveri, impossibilia dicit. Non enim per se subsistit centrum. Igitur si non manet centrum, neque per se movebitur. SCALIGER.

*At qua fulgentes*] Tria nota insignia. 1. Quod cætera despectant sidera. 2. Quod nunquam occidunt. 3. Quod opposito situ in Axis vertice, in partes diversas cœlum & sidera torquent.

BUTIRIGIS.

Nec

Nec jam inclinari, nec se convertere in orbem. 290  
 Hoc dixere axem, quia motum non habet ullum :  
 Ipse videt circà volitantia cuncta moveri.

Summa tenent ejus miseris notissima nautis  
 Signa, per immensum cupidos ducentia pontum.  
 Majoremque Helice major decircinat arcum. 295  
 Septem illam stellæ certantes lumineignant,  
 Quâ duce per fluctus Grajæ dant vela carinæ.  
 Angusto Cynofura brevis torquetur in orbe,  
 Tam spatio, quam luce, minor : sed judice vincit  
 Majorem Tyrio. Pœnis hæc certior auctor, 300  
 Non apparentem pelago quærentibus orbem.  
 Nec paribus positæ sunt frontibus. Utraque caudam  
 Vergit in alterius rostrum, sequiturque sequentem.  
 Has interfusus, circûmque amplexus utramque  
 Dividit, & cingit stellis ardentibus anguis, 305  
 Nè coeant, abeantque suis a sedibus unquam.  
 Hunc inter, mediumque orbem, quo fidera septem  
 Per bis sena volant contrà nitentia signa,  
 Mixta ex diversis confurgunt viribus astra,

*Nec se convertere*] Etenim & in universum si quid moveri oportet secundum locum, necesse manere aliquod corpus, a quo, aut circà quod moveri debet. SCALIGER.

*decircinat arcum*] Circulum, orbem, Spiram. Quippe quæ major sit Cynofurâ. Unde majorem, quam hæc, describit orbem. Etenim longius ab ipso Polo recedit, quam minor.

*Majorem Tyrio*] Tyrii primi erant, qui navigationi operam dederunt.

*Prima ratem ventis credere doc-ta Tyros.*

Ii præcipue Cynofuram observabant.

Hæc, & multa alia ab Arato Manilius mutuatus est.

*Hunc inter, mediumque orbem*] Zodiacum intelligit, qui in medio cælo est. Igitur *hunc inter*, est, inter hunc *draconem* & Zodiacum.

*Sidera septem*] septem planetæ, qui vix extra Zodiaci fines prætergrediuntur. FAYUS.

*Contra nitentia*] ut prius dictum est, Planetæ contra cæli motum nituntur.

*Mixta ex diversis*] Reliqua fidera septentrionalia describit, quæ quidem draconem & Zodiacum interjacent.



Hinc vicina Polis, hinc cœli proxima flammis. 310  
 Quæ, quia dissimilis, quâ pugnans, temperat aer,  
 Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.  
 Proxima frigentes Arctos Boreamque rigentem  
 Nixa venit species genibus, sibi conscia causæ.  
 A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes, 315  
 Quod similis junctis instat de more juvenis,  
 Arcturumque rapit medio sub pectore secum.  
 At parte ex aliâ claro volat orbe Corona,  
 Luce micans variâ. Nam stellâ vincitur unâ  
 Circulus, in mediâ radians quæ proxima fronte, 320  
 Candidaque ardenti distinguit lumina flammâ ;  
 Gnoſſia desertæ fulgent monimenta puellæ.

*Hinc vicina Polis*] Cœli flammâ Zodiacum vocat. Nam sub ejus medio est Zona torrida. Imo simpliciter, quia per eum sol fertur. SCALIGER.

*Quæ quia dissimilis*] Ab aere stellas temperari vult: quasi ab aere ipsæ vires accipiant, & non potius aerem inficiant ipsæ.

SCALIGER.

*Qua pugnans*] Signa illa diversis mixta viribus. Horum enim pugna seu temperamento diverso aer dissimiliter temperatur, quo terra frugifera fiat. FAYUS.

*Nixa venit species*] Signum Engonasi. Per quod signum Lycaon significatur, aiunt interpretes. Ille enim hospitio susceptos non solum interficiebat, verum convivæ Jovi comedendos apponebat. Quod cum Jupiter cognovisset, domum incendit, & Lycaonem in lupum convertit. Ingeniculus est in cœlo, quasi supplex, & veniam culpæ petens a Jove, eodem modo Deos cæteros precans ut filiam suam Callistum in ursam mutatam sibi re-

stituunt. Sed verba *sibi conscia culpæ* interpretibus offendiculo fuerunt: non animadvertentes Lycaonis impietatem. Genibus flexis sæpissimè ob culpam, supplicatur venia. *Conscia* igitur, species *causæ* est, nempe culpæ, *causa* enim aliquando significat culpam.

*Similis*] Bootæ.

*medio sub pectore*] Arcturus stella est in inguine sinistro Bootæ, juxta Tropicum Cancræ. Ergo *medio sub pectore* idem est ac infra ventrem, subter zonam Bubuli. FAYUS.

*Circulus radians*] Signum coronæ orbem clarum habens, variâ stellarum luce micat: sed circulus ille coronæ radians ab unâ stellâ in medio fitâ luce vincitur; quæ fulgens ardenti flammâ in fronte proxima candidaque lumina, id est, oculos Ariadnes distinguit: quæ Gnoſſia sunt monument desertæ a Theseo puellæ.

BUTIRIGIS.

At

At Lyra diductis per cœlum cornibus inter  
 Sidera conspicitur, quâ quondam ceperat Orpheus  
 Omne quod attigerat cantu, manesque per ipsos 325  
 Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.  
 Huic cœlestis honos, similisque potentia causæ :  
 Tunc filvas & saxa trahens, nunc sidera ducit,  
 Et rapit immensum mundi revolubilis orbem.  
 Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis 330  
 Dividit, & toto mergentem corpore corpus  
 Explicat, & nodos, sinuataque terga per orbem  
 Expedit, effusis per laxa volumina palmis.  
 Respicit ille tamen molli cervice reflexus :  
 Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant. 335

Proxima fors Cygni, quem cœlo Jupiter ipse  
 Imposuit, formæ pretium, quâ cepit amantem,  
 Cum Deus in niveum descendit versus olorem,  
 Tergaque fidenti subjecit plumea Ledæ.  
 Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas. 340

*diductis*] Id est, admodum in longum ductis atque protensis. Huic contrarium est *adductis*.

BUTIRIGIS.

*Similis potentia*] Virtus efficiendi, vis eadem, quæ olim fuit. Potentia similia producendi, quæ, sicut causa, operatur. FAYUS.

*Dividit*] Sensu *distributionis*, non in sensu *separationis* ut volunt interpretes. Si enim serpens ab Ophiucho dissectetur, quomodo potuit corpus toto corpore mergere? Sensus est, Ophiuchus distribuit serpentem, aut serpenti locum statuit, inter magna cœli signa. Manibus enim anguem tenet, & ob hanc causam sub ejus potestate est.

*Mergentem corpore*] Quid sit corpus corpore mergere? Mani-

liana locutio, ejus & ab obscurâ diligentiam non abhorret. Quando-  
 cunque serpentis corpus in plurimos  
 arcus sinuatur, a naturali formâ  
 differt, quæ est recta: mergitur  
 igitur naturalis forma in volumi-  
 nibus, & corpus celatur totum toto  
 corpore.

*Sinuataque terga*] Quasi non  
 satis, in priore versu mentem enu-  
 cleaverat, hic fusiùs videtur quod  
 voluit aperire. Sed cum *nodos* &  
*terga sinuata* dicit, forsan vult  
 arcuata volumina, non orbiculata :  
 & arcuata sunt illa, quæ undarum  
 more leviter inflexa, & quæ suc-  
 cedunt orbiculatis, postquam or-  
 biculatum corpus explicatur. Hoc  
 loco Bentleyus *serpentis sapientiam*  
 non dignatur proferre.

*Æquant*] se invicem æquant.

Hinc imitata nitent cursumque habitumque sagittæ  
Sidera. Tum magni Jovis ales fertur in altum  
Affueto volitans, gestet ceu fulmina mundi  
Digna Jove, & cœlo, quod sacris instruit armis.

Tum quoque de ponto surgit Delphinus ad astra 345  
Oceani, cœlique decus, per utrumque sacratus.  
Quem rapido conatus Equus comprehendere cursu  
Festinat, pectus fulgenti fidere clarus,  
Et finitur in Andromedâ. Quam Perseos armus  
Excipit, & sociat sibi. Cui succedit iniquo 350  
Divisum spatio, quod ternâ lampade dispar  
Conspicitur paribus, Deltoton nomine fidus,  
Ex simili dictum. Cepheusque & Cassiopea  
In pœnas signata suas : juxtaque relictam  
Andromedam vastos metuentem piscis hiatus, 355  
Expositam ponto deflet, scopulisque revinctam,  
Ne veterem Perseus cœlo quoque servet amorem,

*Affueto volitans*] Nempe volitans more affueto.

*per utrumque sacratus*] Quoniam, ut fabulæ docent, a Neptuno inter astra relatum Delphinum certiores facti sumus.

*In Andromedâ*] Stella communis Andromedam contingit, discernens ejus caput ab equi intercissione, quoniam Equus non est integer, sed dimidiatus.

SCALIGER.

*Perseos armus*] Hoc ex Arato excerptum, qui iisdem propemodum verbis utitur.

*sociat sibi*] Quia Andromedæ pedes ejus armi excipiunt: ut contra dispari spatio Deltoton ab illo divisum est. SCALIGER.

*lampade dispar*] Iniquo spatio esse divisum Deltoton ait, quoniam tertia lampas, id est, stella tertia illius trigoni  $\Delta$  est dispar spatio, neque apparet conspicientibus æqualia habere latera.

BUTIRIGIS.

*Deltoton*] Dispar parilis fedis est Trigonum isosceles: quoniam duo æqualia latera, quæ in eo sunt, disparia sunt fedi, seu basi.

SCALIGER.

*In pœnas*] Astronomi enim illam imaginantur panis brachiis tanquam sese miserantem.

SCALIGER.

*Ne veterem*] Ne pro ne non.

Aux-

Auxilioque juvet, fugiendaque Gorgonis ora  
 Sustineat, spoliumque sibi, pestemque videnti.  
 Tum vicina ferens flexo vestigia tauro 360  
 Heniochus, studio mundumque & nomen adeptus ;  
 Quem primùm curru volitantem Jupiter alto  
 Quadrijugis conspexit equis, cœloque sacrauit.  
 Tum subeunt Hædi claudentes fidere pontum ;  
 Nobilis & mundi nutrito rege Capella : 365  
 Cujus ab uberibus magnum ille ascendit Olympum,  
 Lacte fero crescens ad fulmina, vimque tonandi.  
 Hanc ergo æternis meritò sacrauit in astris  
 Jupiter, & cœli cœlum mercede rependit.  
 Pleiades Hyadesque, feri pars utraque Tauri 370  
 In Boream scandunt. Hæc sunt Aquilonia signa.  
 Aspice nunc, infra solis surgentia cursûs,  
 Quæ super exustas labuntur fidera terras ;  
 Quæque intra gelidum Capricorni fidus, & axe  
 Imo subnixum vertuntur lumina mundum. 375

*Spoliumque sibi*] Epitheta sunt capit is Gorgonei, quod Perseo fuerit spolium, videnti vero pestis. Hoc enim caput exitium fuit præsentissimum videntibus.

Butirigis.

*Flexo tauro*] Incumbenti genibus.

*Heniochus*] Hunc fuisse Erichthonium fingunt aliqui, Vulcani ex tellure filium, qui primus dicitur curru equos junxisse.

*claudentes*] Sidus pluviale ortu & occasu mare nimbis deturbat. Claudere dicitur a Manilio, quoniam dum sævit, via aut cursus navigantibus obstruitur ; qui non se mari committere audent, quamdiu hædi dominantur.

*Cœli cœlum*] Si Jupiter lacte Caprino non fuisset nutritus, cœlum non attingisset.

*exustas*] Manilius ex veteri & vulgari errore loquitur ; æquali enim calore solis temperantur Capricornus & Cancer. FAYUS.

*Infra solis*] Extra Zodiacum, partibus Australibus. Nunc enim de signis Austrinis loquitur.

*intra gelidum*] Gelidus non magis est Capricornus, quam Cancer. Sed ita dixit ex opinione vulgi. Nam cum id signum Sol inuasit, tunc nobis bruma conficitur. Cum experimur frigidum solem in Capricorno, hoc evenit, quoniam Sol in Septentrione a nobis longius recedit. SCALIGER.

*Axe imo*] Australi, quo mundus rectè inniti dicitur cum deprimatur infra. Scilicet habitâ ratione nostræ sphaeræ. FAYUS.

Cernere vicinum Geminis licet Oriona  
 In magnam cœli tendentem brachia partem,  
 Nec minus extento surgentem ad fidera passu.  
 Singula fulgentes humeros cui luminaignant,  
 Et tribus obliquis demissus ducitur ensis. 380  
 At caput Orion excelso immerfus Olympo,  
 Per tria subducto signatur lumina vultu;  
 Non quod clara minus, sed quod magis alta recedant.  
 Hoc duce per totum decurrunt fidera mundum.  
 Subsequitur rapido contenta Canicula cursu, 385  
 Quâ nullum terris violentius advenit astrum,  
 Nec gravius cedit. Non horrens frigore surgit,  
 Nec vacuum solis fulgentem deserit orbem.  
 Sic in utrumque movet mundum, & contraria reddit.  
 Hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu 390

*In magnam cœli*] Nam utrumque hemisphærium obsidens secundum longitudinem obtinet partes 17. Secundum latitudinem partes 30. SCALIGER.

*Immerfus Olympo*] Immersum dicit, quia remotissimæ sunt tres stellæ, quæ ejus caput describunt. SCALIGER.

*Per tria subducto*] Nam Orionis caput sic fingitur, ut vultus subductus a nobis quodammodo immerfus & latens in cœlo videatur esse, vertex verò seu cœlum capitis tribus stellis designetur. BUTIRIGIS.

*Hoc duce*] Ab hoc enim principium Australium signorum.

*Contenta canicula*] Velox aut præpropere canicula. Ita Cic. pro Mur. hoc verbo utitur sensu tali: *Contento cursu classis Italiam petebat.*

*Nec gravius cedit*] Id est, nec acrius occidit terris. Neque enim

exortu solo est lethifera Canicula, sed & occasu. FAYUS.

*Nec vacuum*] Scilicet Astrum vacuum. Non, ait, in ortu frigidum est astrum, sed è contrario calidum; sed in occasu, hoc astrum non est vacuum a frigore, cum a sole declinat, sed frigore gravidum.

*Sic in utrumque*] In contrarios affectus. Nam exoriens, calores ciet, occidentem pruinae gelidæ excipiunt. SCALIGER.

*Hanc qui*] De Caniculâ continuatur sermo. Ait observari ortum caniculæ a Cilicibus & incolis Tauri: ut ex eo quantus frugum proventus futurus sit, augurentur: item & quæ valetudo, & alia id genus. Et hoc est, quod scribit Plinius, non minorem ei astro venerationem esse, quam descriptis in Deos stellis. SCALIGER.

Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,  
 Eventûs frugum varios, & tempora dicunt :  
 Quæque valetudo veniat, concordia quanta.  
 Bella facit, pacemque refert, varieque revertens  
 Sic movet, ut vidit, mundum, vultuque gubernat. 395  
 Magna fides hoc posse, color cursusque micantis  
 In radios : vix sole minor, nisi quod procul hærens  
 Frigida cœruleo contorquet lumina vultu.  
 Cætera vincuntur specie ; nec clarius astrum  
 Tingitur oceano, cœlumve revisit ab undis. 400

Tum Procyon, veloxque lepus. Tum nobilis Argo  
 In cœlum subducta, mari quòd prima cucurrit,  
 Et meritum magnis mundum tenet acta procellis,  
 Servando Dea facta Deos. Cui proximus Anguis  
 Squamea dispositis imitatur lumina flammis, 405  
 Et Phœbo sacer ales, & alino gratus Iaccho  
 Crater & duplici Centaurus imagine fulgens,

*Varièque revertens*] Variè sic movet. In utramque partem ortu & occasu suo vehemens sidus esse, jam dictum a nobis. Ut vidit, id est, eo temporis puncto, quo cœlum conspexit, post ortum aut reditum. SCALIGER.

*micantis in radios*] Credunt aliqui, quod ejus color, & rutilus ejus cursus, in radios longè latèque fusus, hæc, quæ antea dicta sunt, possunt efficere.

*vix sole minor*] vix, inquit, soli ipsâ claritate cedat, nisi quod remotiores quasdam stellas habet.

SCALIGER.

*Frigida cœruleo*] Mutuatur ab Arato. Nam cœruleum vocat locum stellis vacantem. Ita ille, stellas subobscuras, aut vix apparentes, frigida lumina vocat,

quod pene flammis privata sint, ut alibi gelidum lumen solis dicit, quando scilicet Sol occidit.

SCALIGER.

*Cœruleo*] Ex longinquitate vix distingui potest a cœlo cœruleo.

*Et meritum*] Homines inter divos relati fuerunt, qui suis meritis cœlum meruisse dicebantur. Argo navis inter sidera relata, quoniam Deos, id est, heroes, Argonautas a ponti periculis liberavisset.

BUTIRIGIS.

*Flammis*] Stellis. Quas ex igne compactas scribit Plin. Quas ignem ox communi Ægyptiorum philosophorum consensu dicit esse Diog. lib. i. FAYUS.

*Sacer ales*] Corvus. Propter auguria, vaticinia, & præfagia Apollini sacer.

Pars hominis, tergo pectus commiffus equino.  
 Ipfius hinc mundi templum eft, victrixque folutis  
 Ara nitet facris, vastos cum terra gigantas 410  
 In cœlum furibunda tulit. Tum Di quoque magnos  
 Quæfivere Deos. Dubitavit Jupiter ipfe  
 Quod poterat, non poffe timens; cum furgere terram  
 Cerneret, & verti naturam crederet omnem;  
 Montibus atque aliis aggestos crefcere montes, 415  
 Et tam vicinos fugientia fidera colles,  
 Arma importantes, & ruptâ matre creatos;  
 Discordes vultu, permixtaque corpora, partûs.  
 Hostiferum necdum ſibi quemquam numina norant,  
 Si qua forent majora ſuis. Tum Jupiter Aræ 420  
 Sidera conſtituit, quæ nunc quoque maxima fulgent.  
 Quam propter cetus convolvens ſquamea terga  
 Orbibus infurgit tortis, & fluctuat alvo;  
 Intentans morſum, fimilis jam jamque tenenti:  
 Qualis ad expoſitæ fatum Cepheids undis, 425  
 Expulit adveniens, ultrâ ſua littora pontum.  
 Tum Notius piſcis, venti de nomine dictus,  
 Exfurgit de parte noti, cui juncta feruntur  
 Flexa per ingentes ſtellarum flumina gyros.

*Ipfius hinc mundi*] Ab hâc parte, ait Manilius, mundo eft templum ſuum, quo augures obvertuntur in inquisitionibus ad auguria captanda: qua propter etiam Sacrarium aliis appellatur. Hinc meridianacœli regio templumcœli fuit appellatum. BUTIRIGIS.

Situs aræ notatur, & Diis conſecratæ, quia fœdus percufferant ad hanc, cum gigantas metuebant.

FAYUS.

*Ruptâ matre creatos*] Montes enim, aut colles, quos ad cœlum attollebant gigantes, è terrâ evellebant. FAYUS.

*Discordes vultu*] ſcilicet gigantas, non montes: ut Bentlejus, ob nimium fervorem & celeritatem ingenii, perperam exiſtimat.

*Notius Piſcis*] Eſt in Auſtrali parte cœli, infra Tropicum Capricorni, ſub Aquarii pedibus.

FAYUS.

*Juncta feruntur*] Notius piſcis ſolitarius, flumen, ſive effuſiones aquarum, ex Aquarii urnâ profluentium, deglutire dicitur.

SCALIGER.

Alterius

Alterius capiti conjungit Aquarius undas 430  
 Amnis, & in medium coeunt, & fidera miscent.

His, inter solisque vias, Arctosque latentes,  
 Axem quæ mundi stridentem pondere torquent,  
 Orbe peregrino cœlum depingitur astris,  
 Quæ Notia antiqui dixerunt fidera vates. 435

Altera pars orbis sub aquis jacet invia nobis,  
 Ignotæque hominum gentes, nec transita regna,  
 Commune ex uno lumen ducentia sole,  
 Diversasque umbras, lævâque cadentia signa,  
 Et dextros ortûs cœlo spectantia verso. 440

Nec minor est illis mundus, nec lumine pejor,  
 Nec numerosa minus nascuntur fidera in orbe.  
 Cætera non cedunt : uno vincuntur in astro  
 Augusto, fidus nostro quod contigit orbi,  
 Cæsar nunc terris, post cœlo maximus Auctor. 445

Ultima, quæ mundo semper volvuntur in imo,

*Alterius capiti]* Duo pisces, Borealis & Australis; minorem piscem Australem per vocem *alterius* intelligit poeta, cujus capiti Aquarius amphoram admo- vet. FAYUS.

*In medium coeunt]* Nempe aquæ.

*Solisque vias]* Zodiacum, vel Eclipticam.

*Arctosque latentes]* Urfas Australes: namque ex conjecturâ veteres crediderunt duas pariter inesse urfas ad polum Antarcticum. FAYUS.

*Diversasque umbras]* sunt enim nobis Antiscii. Illis sinistra, nobis umbra dextra.

*lumine pejor]* Loquitur poeta ex conjecturâ, quasi pares sint stellæ, & signa paria, a Zodiaco ad utrumque circulum Polarem. Quod falsum est. FAYUS.

*Sidus nostro quod]* Alludit ad præsentem honorem divinos, quos Romani vivo Augusto largiebantur. Ita Horatius:

*Præsenti tibi maturos, &c.*

*His]* Scilicet, his astris.

*Ultima quæ mundo]* Per ultima signa intelligit Antarcticam, & quæ Polo Antartico vicina: quæ scilicet nunquam in conspectum nostrum veniunt, qui intra Æquinoctialem habitamus. SCALIGER.



Quæis innixa manent cœli fulgentia templa,  
 Nusquam in conspectum redeuntia cardine verso,  
 Sublimem speciem mundi, similesque figuras  
 Astrorum referunt : & versas frontibus Arctos 450  
 Uno distingui medias claudique Dracone  
 Credimus exemplo : quia mens, fugientia visus,  
 Hunc orbem cœli vertentis fidera cursu,  
 Cardine tam simili fultum, quam vertice fingit.  
 Hæc igitur magno divisas æthere sedes 455  
 Signa tenent, mundi totum deducta per orbem.

Sunt alia adverso pugnancia fidera mundo,  
 Quæ cœlum, terramque inter volitantia pendent,  
 Saturni, Jovis, & Martis, Solisque. Sub illis  
 Mercurius Venerem inter agit, Lunamque locatus. 460  
 Tu modo corporeis similes nè quære figuras,  
 Omniaque æquali fulgentia membra colore ;

*In conspectum]* Arcticus, qui tangit punctum finium nostrorum, a nobis videtur: Antarcticus, quia illorum orizontem tangit, nunquam. Hi non a polis eclipticæ, sed a puncto intersectionis Orizontis & Meridiani describendi sunt. SCALIGER.

*fulgentia templa]* Arcum aliquem cœli, significant.

*Dracone]* Qui duas Urfas Austrinas complectitur & dividit, sic ut Draco Septentrionalis duas nostras urfas. FAYUS.

*cardine]* cardo vel axis vertex, vel Polus.

*versas frontibus Arctos]* Quamvis, inquit, Arctos, quæ in altero polo sunt, non videmus, tamen eas nostratibus similes esse ratio ponit. SCALIGER.

*fugientia visus]* Ordo est : Quia mens fingit, hunc orbem cœli vertentis fidera cursu, fugientia visus, fultum tam simili, &c. *Exemplo,* scilicet Arctico. Polum Antarcticum non videmus, sed in absoluto globo ratio in altero esse colligit, quod in uno.

SCALIGER.

*Sunt alia]* Erronum septem descriptio.

*Tu modo corporeis]* Noli, inquit, corpora absoluta in fideribus quærere, quamvis corpora dicantur. Non enim omnia designata sunt, sed quædam stellæ appositæ sint ad majorem scientiæ fideralis facilitatem. SCALIGER.

Deficiat

Deficiat nihil ut, vacuumque a lumine cesset.  
 Non poterit mundus sufferre incendia tanta  
 Omnia si plenis ardebunt sidera membris. 465  
 Quicquid subduxit flammis natura, pepercit  
 Succubitura oneri : formas distinguere tantum  
 Contenta, & stellis ostendere sidera certis.  
 Et, quo clara magis possis cognoscere signa,  
 Ignea designat species, atque ignibus ignes 470  
 Respondent, media extremis, atque ultima summis,  
 Cernuntur. Satis est, si se non omnia celant :  
 Præcipuè, medio cum luna implebitur orbe,  
 Certa nitent mundo : cum Lunâ conditur omne  
 Stellarum vulgus : fugiunt sine nomine signa. 475  
 Pura licet vacuo tum cernere sidera cœlo :  
 Nec fallunt numero, nec parvis mixta feruntur.  
 Non varios obitûs nôrunt, variosque recursûs,  
 Certa sed in proprias oriuntur sidera luces,  
 Natalesque suos, occasumque ordine servant. 480  
 Nec quicquam in tantâ magis est mirabile mole,  
 Quam ratio, & certis quòd legibus omnia parent.  
 Nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat,

*Deficiat nihil*] Ne quæras, inquit, ut totum cœlum ignescat, & ullâ parte ejus nihil deficiat ignis, & quâ cesset vacuum lumine, aut igne. BUTIRIGIS.

*Non poterit mundus*] Ex illorum opinione, qui stellas igneas, aut ignes esse putabant. FAYUS.

*ostendere sidera*] Quid sit ostendere sidera sideribus aut stellas stellis? voces non sunt univoce hoc loco pro certo habemus. *Sidera* ergo significant *Signa*, quæ ex multis stellis componuntur.

*Ignea designat*] ut, inquit, possis clara signa cognoscere, satis est

ad illorum comprehensionem, ut igneâ specie quâdam, & stellarum positu, non autem toto corpore ea cognoscas. SCALIGER.

*Pura licet*] Pura sidera vocantur a Manilio, quæ clarissima sunt, nempe sidera primæ, secundæ, aut tertiæ magnitudinis.

*Nec fallunt numero*] Certus enim stellarum numerus a Chryssippo & Hipparcho collectus. SCALIGER.

*Certa sed in proprias*] Stas vices servant, ut quotannis possis stellas eodem ordine observare. SCALIGER.

Latiùs aut breviùs, mutatove ordine fertur.

Quid tam confusum specie, quid tam vice certum est? 485

Ac mihi tam præfens ratio non ulla videtur,

Quâ pateat mundum divino numine verti,

Atque ipsum esse Deum: nec forte coisse magistrâ,

Ut voluit credi, qui primus mœnia mundi

Seminibus struxit minimis, inque illa resolvit: 490

E quis & maria, & terras, & fidera cœli,

Ætheraque immensos fabricantem finibus orbis,

Solventemque alios constare; & cuncta reverti

In sua principia, & rerum mutare figuras.

Quis credat tantas operum sine numine moles, 495

E minimis, cœcoque creatum fœdere mundum?

Si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernat.

At cur dispositis vicibus confurgere signa,

Et velut imperio præscriptos reddere cursûs

Cernimus, ac nullis properantibus ulla relinqui? 500

Cur eadem æstivas exornant fidera noctes

Semper, & hibernas eadem? certamque figuram

Quisque dies reddit mundo, certamque relinquit?

Jam tum, cum Grajæ verterunt Pergama gentes,

*Latiùs aut breviùs*] Id est, neque latior neque contractior est orbita in quâ moventur fidera, sed semper eadem.

*Qui primus*] Democritus, vel qui secutus est eum Epicurus; uterque enim docuit cœlum ac terram, & cuncta creata fuisse casu fortuito: eademque omnia forte aut forte magistrâ regi, sine ullâ Deorum operâ. FAYUS.

*Ætheraque*] Æthera hoc loco Spatium purum aut inane significat.

*cœco fœdere*] Etenim si rerum origo fuit bene disposita, ut fatentur Epicurei, tum certe fuit fœdus, & cœcum, quoniam intellectus agens defuit. Manilius apte utitur vocibus cœco fœdere, ut Epicuream hypothesein naso adunco suspendat.

*Mundo*] Cœlo.

*Jam tum*] Ab exemplo probat, fidera quæque immutabili lege & ordine in cœlis decurrere. FAYUS.

Arctos & Orion adversis frontibus ibant : 505  
 Hæc contenta suos in vertice flectere gyros,  
 Ille ex diverso vertentem surgere contra  
 Obvius, & toto semper decurrere mundo.  
 Temporaque obscuræ noctis deprendere signis  
 Jam poterant, cœlumque suas distinxerat horas. 510  
 Quot post excidium Trojæ sunt eruta regna ?  
 Quot capti populi ? quoties fortuna per orbem  
 Servitium imperiumque tulit varièque revertit ?  
 Trojanos cineres in quantum oblita refovit  
 Imperium ? fatis Asiæ jam Græcia pressa est. 515  
 Sæcula denumerare piget, quotiesque recurrens  
 Lustrârit mundum vario Sol igneus orbe.  
 Omnia mortali mutantur lege creata.  
 Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis.  
 Exutæ variant faciem per sæcula gentes. 520

At manet incolumis mundus, suaque omnia servat ;  
 Quæ nec longa dies auget, minuitve senectus.

*adversis frontibus*] Urfa major, quæ circa Polum Septentrionalem circumacta vergit caput & frontem ad caput & frontem Orionis. Illa videtur inclinari ; hic vero adversus eam assurgere intra duos Tropicos : quod in globis cœlestibus videndum est. FAYUS.

*vertice*] Polo Arctico.

*vertentem*] Ursam majorem, quæ quia juxta Polum vertitur, ipsa videtur vertere & rotare cœlos, & sidera cætera. FAYUS.

*Toto mundo*] Orion enim a Tropico Capricorni assurgit, & attollit caput ad Tropicum Cancræ. FAYUS.

*Temporaque obscuræ*] Noctis

vigilias Trojano bello primus instituisse dicitur Palamedes.

*Trojanos cineres*] Romani a Trojanis per Æneam originem duxerunt : & in totius orbis imperium, quasi Trojanos cineres refoverunt. Et dum Romani in Asiam arma sua contulerunt, totam Græciam in ditionem suam subjecerunt. Ita æqualem sortem cum Asiâ Græcia partita est. Quod innuit Manilius, quando ait, *fatis Asiæ Græcia pressa est.*

FAYUS.

*vario orbe*] Post sæcula quædam mutantur & labuntur imperia, æquè ac homines. FAYUS.

Nec motus punctò currit, cursûsque fatigat.  
 Non alium videre patres, aliumve nepotes.  
 Nunquam transverſas solem decurrere ad Arctos, 525  
 Nec mutare vias, & in ortum vertere cursûs,  
 Auroramque novis nascentem ostendere terris;  
 Nec lunam certos excedere luminis orbes,  
 Sed servare modum, quo crescat, quove recedat;  
 Nec cadere in terram pendentia fidera cœlo, 530  
 Sed dimensa suis consumere tempora signis;  
 Non opus est casûs, magni sed numinis ordo.  
 Hæc igitur texunt æquali fidera tractu  
 Ignibus, in varias cœlum laqueantia formas.  
 Altius his nihil est. Hæc sunt fastigia mundi. 535  
 Publica naturæ domus his contenta tenetur  
 Finibus, amplectens pontum, terrasque jacentes.  
 Omnia concordi tractu veniuntque caduntque,  
 Quà semel incubuit cœlum, versumque resurgit.  
 Ipse autem quantum convexo mundus olympo 540  
 Obtineat

*Nec motus punctò*] Quid vult Manilius in hac sententiâ non cuivis intelligere facile est. Bentleyus expungit. Quantum conjecturâ auguror, forsan hæc fit mens Poetæ. Cœlum non violento motu fertur & adeo celeri, ut in instanti currat, & ita fatigatum cursu tam præcipiti, quiescat, quasi currendo defessum. Utinam Eratosthenes aliquis (nam versus in omnibus pene MS invenitur) hic lumen de suo lumine accendat, & si erraverim, erranti comiter viam monstret.

*consumere*] Pro *disponere*.

*Non opus est*] Postquam ostendit certam ac immutabilem astrorum ac mundi æquabilitatem, tandem

id, quod volebat, concludit, nullum casum mundo assignandum, sed providentiam esse & cœlestem rationem esse, quæ ipsum gubernet. SCALIGER.

*Hæc igitur texunt*] Ait auctor, quòd hæc scilicet signa seu fidera constituunt aut texunt æqualem circuitum aut tractum suis luminibus.

*omnia*] omnia fidera.

*Incubuit*] Inclinavit.

*Ipse autem*] Circuli peripheria tripla est ad suam dimetientem cum septima. Jam a centro ad circumferentiam, si sex parallelas ducas, tres erunt dimetientes. Tres illæ dimetientes complent circumferentiam, si septimam in-

super

Obtineat spatium, quantis bis sena ferantur  
 Finibus astra, docet ratio ; cui nulla resistunt  
 Clauftra, nec immensæ moles ; ceduntque recessus,  
 Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile cœlum  
 Nam quantum a terris, atque æquore signa recedunt, 545  
 Tantum bina patent. Quantumque inciditur orbis  
 Per medium, pars efficiet tum tertia gyri,  
 Exiguo dirimens solidam discrimine summam.  
 Bisque jacet binis summotus partibus orbis.  
 Summum igitur cœlum bis bina refurgit ab imo, 550  
 Altera bis senis ut sit pars tertia signis.  
 Sed quia per medium est tellus suspensa profundum,  
 Binis a summo signis discedit & imo.

super adjeceris. Porro parallelo spatio harum linearum bina signa continentur. Ergo quatuor signa faciunt dimetientem circuli : quæ in tria ducta consummant 12, integrum circuli ambitum. Tripla, ut dixi, ad circumferentiam dimetiens, quæ cum quatuor signa complectatur, facile quanta sit peripheria conjiciendum relinquit.

SCALIGER.

*Quantum a terris*] Mundus est pila, terra centrum, nos qui in eâ sumus, centri vicem obtinemus. Necessè igitur rectas lineas ab oculo in cœlum jactas æquales esse. Quanta erit linea in cœlum jactas æquales esse. Quanta erit linea in cœlum ab oculo ducta, tantas debemus sex lineas per totum circuli ambitum imaginari : quæ si æquidistantes assumantur, illo spatio duo complectentur Zodiaci dodecatemoria. SCALIGER.

*Sex tanta rotundæ*] Scilicet sexies bina signa, quæ æquant duodecim, *Sex tanta bina.*

*Quantumque inciditur*] Quanta est dimetiens orbis, ter tanta ad eam est circumferentia.

SCALIGER.

*Exiguo dirimens*] Hoc est unâ septimâ plus. SCALIGER.

*Bisque jacet*] Orbis, inquit, circumquaque a centro summo-vetur binis signis. Ergo linea a circumferentiâ ad circumferentiam per centrum ducta, quia ad illam dupla est, dupla quoque ad illam signa habebit, hoc est, bis bina. SCALIGER.

*Alter a bis senis*] Altera tertia, id est, duæ tertiæ.

*Alter ab undecimo, &c. VIRG.* hoc est, 13 annum agebam. Hic igitur altera tertia, duæ tertiæ.

SCALIGER.

*Binis a summo*] Facit profunditas, ut bina præterea signa eorumque dodecatemoria accedant quaternis illis, quæ ante posita sunt in utrâque parte jacentis Diametri. BUTIRIGIS.

Hinc

Hinc igitur, quodcunque suprâ te suspicis esse,  
 Quâ per inane meant oculi, quâque ire recusant, 555  
 Binis æquandum est signis. Sex tanta rotundæ  
 Efficiunt orbem Zonæ, quâ signa feruntur  
 Bis sex æquali spatio texentia cœlum.  
 Nec mirere vagos partûs eadem esse per astra,  
 Et mixtum ingenti generis discrimine fatum : 560  
 Singula cum tantum teneant, tantoque ferantur  
 Tempore, sex totâ surgentia fidera luce.

Restat ut æthereos fines tibi reddere coner,  
 Filaque dispositis vicibus comitantia cœlum,  
 Per quæ dirigitur signorum flammeus ordo. 565  
 Circulus ad Boream fulgentem sustinet Arcton,

*Hinc igitur]* Tantum est spatium, inquit Manilius, duorum signorum Zodiaci, quantum est intervalli inter cœlum & terram, id est, circumferentiam & centrum ipsius. BUTIRIGIS.

*Binis æquandum]* Id est, spatium duorum signorum oportet statuas a terrâ ad cœlum.

BUTIRIGIS.

*Ceduntque recessus]* Quodcunque remotum est, aut longo intervallo a mundi communi aspectu distrahatur, rationi cedit.

*vagos partûs]* Nempe humanos partûs, qui (ut mox constabit) a fideis motibus reguntur.

*Sex totâ]* Sex per diem totum tantum orientia signa, habitatione dierum ac noctium æqui rationalium. FAYUS.

*æthereos fines]* Post phænomena, ad circulorum sphaeræ descriptionem pergit. *Fines*, circulos vocat, ut infra :

*Alterius finis si vis cognoscere gyros.*

*Filae]* lineas. *Dispositas vices* semper vocat solares conversiones.

SCALIGER.

*Per quæ dirigitur]* Tres tantum circuli sunt, per quos dirigitur signorum ordo, duo Tropici & æqui noctialis. Nam duo reliqui paralleli Arcticus, & ei oppositus Antarticus non nisi in sphaerâ dati climatis locum habent.

SCALIGER.

*Sustinet Arcton]* Recte. Nam tota Ursa major intra illum Arcticum, juxta Eudoxi mentem, quam Manilius observat, includitur : & in climate Athenarum Orizon priores pedes Ursæ præterradit. SCALIGER.

Sexque

Sexque fugit solidas a coeli vertice partes.

Alter ad extremi decurrens sidera Cancri

In quo consummat Phœbus lucemque moramque,

Tardaue per longos circumfert lumina flexûs, 570

Æstivum medio nomen sibi sumit ab æstu,

Temporis & titulo potitur, metâque volantis

Solis ; & extremos designat fervidus actûs,

Et quinque in partes Aquilonis distat ab orbe.

Tertius in mediâ mundi regione locatus,

575

Ingenti spirâ totum præcingit Olympum,

Parte ab utrâque videns axem : quo limite Phœbus

Componit paribus numeris noctemque diemque,

Veris & autumnii currens per tempora mixta :

Cum medium æquali distinguit limite cœlum. 580

Quatuor hic gradibus sua fila reducit ab æstu.

Proximus hunc ultrâ, brumalis nomine circos

Ultima designat fugientis limina solis,

Invidaque obliquâ radiorum munera flammâ

*Sexque fugit solidas*] In Cnido, ubi Polus ad 36 grad. attollitur, Eudoxus scripsit Arcticum circulum totidem partibus a polo mundi distare. In alio climate alius erit, pro ratione elevationis Polaris. SCALIGER.

*Temporis & titulo*] Nam Tropicus a tempore illo dicitur, in quo reversio solis fit. SCALIGER.

*Et quinque in partes*] Eudoxianus scilicet.

*Ingenti spirâ*] Nam circuli illi nihil aliud, quam spiræ. Quarum maxima quæ mediam spheram cingit, ut minima quæ verticibus seu polis propior. SCALIGER.

*axem*] Hoc est, extremam utramque axis partem, FAYUS.

*Quatuor gradibus*] Quatuor gradus, distat inquit, Æquator a Tropico nostro, sive Cancro.

SCALIGER.

*nomine circos*] Circites veteres usurpabant pro circulis, ut Festus notat. Utitur & Sidonius Apollinaris. BUTIRIGIS.

*Ultima designat*] Limina, fines, metas. Fugam solis vocat brumam, quo tempore sidus a nobis remotissimum est. Hoc loco Manilius Tropicum Capricorni describit. SCALIGER.

*Invidaque*] Quia enim longius a nobis recedit, propterea nobis lucem invidere videtur.

SCALIGER.



Dat per iter minimum nobis : sed finibus illis, 585  
 Quos superincubuit, longâ stant tempora luce ;  
 Vixque dies tranfit candentem extenta per æstum :  
 Bisque jacet binis summotus partibus orbis.

Unus ab his supereft, extremo proximus Axi  
 Circulus, Auſtrinas qui ſtringit & obfidet Arctos. 590  
 Hic quoque brumalem per partes quinque relinquit ;  
 Et quantum a noſtro ſublimis cardine gyruſ  
 Diſtat, ab adverſo tantundem proximus illi.  
 Sic tibi per binas vertex a vertice partes  
 Diviſus, duplici ſummâ circumdat Olympum, 595  
 Et per quinque notat ſignantes tempora fines.  
 His eadem eſt via, quæ mundo : pariterque rotantur  
 Inclines, ſociosque ortûs occaſibus æquant :  
 Quandoquidem texto, quo totus volvitur orbis,

*Vixque dies tranſit*] Mathematico indignum, ſub Tropico Capricorni non ſolum putare diem adeo longam eſſe, ut minimum diſcrimen noctis interſit : ſed & longiores ſub illo dies eſſe, quam ſub Cancro. SCALIGER.

*Bisque jacet binis*] Nempe Capricorni Tropicus diſtat ab Æquatore quatuor gradibus.

FAYUS.

*Unus ab his*] Notat et deſcribit circulum Antarcticum.

*brumalem*] Tropicum Capricorni.

*Et quantum diſtat*] Senſus eſt, Parallelum circulum Antarcticum tantundem diſtare a Polo Antarctico, quantum circulus Arcticus a Polo Arctico, id eſt, ſex partibus ſeu gradibus Eudoxianis.

BUTIRIGIS.

*Sic tibi per binas*] Si ſpatium, inquit Manilius, quod eſt a polo uno ad alterum, hoc eſt, hæmiſphærii unius ſpatium per alterum hæmiſphærium metiaris, ea bina ſpatia ſeu eorum ſummam efficere ſpatium ſummamque ambitus ſeu amplitudinis globi cœleſtis : ac proinde, cum a polo uno ad alterum per diſtantias quinque circulorum inventum ſit ſpatium 30 grad. totius mundi ſpatium fore graduum 60. BUTIRIGIS.

*quinque notat*] Scilicet quinque paralleli circuli, qui inclines pariter, i. e. eandem cum mundo converſionem habet. SCALIGER.

*Quandoquidem texto*] Textum hoc loco idem eſt ac ordo. *Texto*, ſcil. eodem ordine lineas ducunt, quo totum cœlum revolutiones facit.

Fila trahunt, alti cursum comitantia cœli, 600  
 Intervalsa pari fervantes limite semper,  
 Divisosque semel fines, fortemque dicatam.  
 Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,  
 Inter se adversi, qui cunctos ante relatos  
 Seque fecant, gemino coeuntes cardine mundi, 605  
 Transversoque polo rectum ducuntur in axem :  
 Tempora signantes anni, cœlumque per astra  
 Quatuor in partes divisum mensibus æquis.  
 Alter ab excelso decurrens limes Olympo,  
 Serpentis caudam, fittas & dividit Arctos, 610  
 Et juga Chelarum medio volitantia gyro :  
 Extremamque secans Hydram, mediumque sub Austris  
 Centaurum ; adversus concurrat rursus in Axe,  
 Et redit in Cetum, squamosaque tergora Ceti,  
 Lanigerique notat fines, clarumque Trigonum, 615  
 Andromedæque finus imos, fastigia matris,  
 Principiumque suum repetito cardine claudit.

Alter in hunc medium, summumque incumbit in Axem,  
 Perque pedes primos, cervicem transit & ursæ :  
 Quam septem stellæ primam, jam sole remoto 620

*Sunt duo*] Magni circuli, qui per polos mundi ducti se intersectant, Coluri dicti. SCALIGER.

Ducuntur inter se adversi a Polo ad Polum per rectum Axem.

FAYUS.

*ante relatos*] Quinque parallelus. FAYUS.

*divisum mensibus*] Quæque pars est trium signorum, quibus totidem menses respondent.

FAYUS.

*fittas Arctos*] Quæ nobis oceano non tingantur, id est, non occidunt. FAYUS.

*sub Austris*] Nam Centaurus

duplex. Alter in Zodiaco, qui Sagittarius, alter in meridionalibus cœli partibus. FAYUS.

*adversus rursus*] Nimirum in Antartico polo. Adversus autem id est, obversus & reflexus in eam ipsam partem unde erat profectus, idque in axe Antartico.

BUTIRIGIS.

*fastigia matris*] Superiorem partem vel caput Cassiopeæ.

*Quam septem stellæ*] Primam Ursam vocat majorem ursam : quia ceterior nobis est ; illa altera in Polum longè sumnota est.

SCALIGER.

Producunt nigræ præbentem lumina nocti :  
 Et Geminis Cancrum dirimit, stringitque flagrantem  
 Ore Canem, clavumque ratis, quæ vicerat æquor.  
 Inde axem occultum per gyri signa prioris  
 Transversa, atque illo rursus de limite tangit 625  
**Te**, Capricorne, tuisque Aquilam designat ab astris :  
 Perque Lyram inversam currens, spirasque Draconis,  
 Posteriora pedum Cynosuræ præterit astra,  
 Transversamque secat vicino cardine caudam.  
 Hic iterum coit ipse sibi, memor unde profectus. 630  
 Atque hæc æternam fixerunt tempora sedem,  
 Immotis per signa modis statione perenni.  
 Hos volucres fecere duos. Namque alter ab ipsâ  
 Confurgens Helice, medium præcidit Olympum,

*ratis*] Argo navis.

*axem occultum*] Polum Antarcticum infra terras.

*gyri prioris*] Circuli coluri æquinoctiorum.

*cardine vicino*] Polo septentrionali.

*Atque hæc æternam*] Tempora vocat circulos parallelos, coluros: quia per eos anni tempora signantur. Falsum vero quod ait, reliquos, de quibus locutus est, immobiles esse, cum Arctici non sint immobiles; neque sint uni. Ex his apparet Manilium a mathematicis disciplinis imparatum ad hæc scribenda se contulisse.

SCALIGER.

*Hos volucres fecere*] Meridiani & orizontes pro locorum inclinatione alii, atque alii; cum contra paralleli immobiles sint. Ambos autem conjunctos rectè ponit, quia

alter sine altero esse non potest. Omnis orizon meridianum suum rectè secat. Poli omnis orizontis sunt puncta orientis & occidentis. Poli mundi sunt Poli omnium meridianorum. Ita omnis orizon per puncta ortus & occasus transit, ut omnis meridianus per polos mundi. Qui verticem nostrum tangit, is erit meridianus noster: qui circulus illum ad rectos angulos interfecat, is est orizon: sic rursus, qui aciem oculi nostri definiet, is est orizon noster: qui illum ad angulos rectos secat, is stringit punctum verticis nostri, & est meridianus noster. Mutua ratio est, & mutua descriptio: quod alter sine altero esse non potest. Merito igitur eos conjunxit.

SCALIGER.

Discernitque diem, sextamque examinat horam,  
 Et paribus spatiis occasus cernit & Ortus. 635  
 Hic mutat per signa vices : nam seu quis Eoos,  
 Seu petit Hesperios, supra se circumat orbem,  
 Verticibus superstantem, mediumque secantem  
 Cœlum, & diviso signantem limine mundum;  
 Quando aliis aliud medium est, volat hora per orbem, 640  
 Cumque loco terræ cœlumque ac tempora mutat.  
 Atque ubi se primis extollit Phœbus ab undis  
 Illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.  
 Rursus ad Hesperios sexta est, ubi cedit in umbras :  
 Nos primam ac summam, sextam numeramus utramque,  
 Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne. 646  
 Alterius fines si vis cognoscere gyri,  
 Circumfer faciles oculos, vultumque per orbem.

*sextamque examinat horam*] Notat meridiem. Secundum veteres hora diei sexta, meridies est. Dies enim artificialis in 12 horas dividitur : sex ante, sexque post meridiem. FAYUS.

*per signa*] Intelligit puncta verticalia.

*limine mundum*] Hoc est, distinguit meridianus cœlum per limen divisum : hoc est cœli vertice, seu puncto verticali ; cum limen sit antecedentis aut matutinæ horæ, & subsequæ aut post meridianæ. Æque enim dividit matutinum & vespertinum tempus.

*volat hora per orbem*] Ita infiniti erunt meridiani.

*Illis sexta manet*] Illis, nempe qui orientiores nobis.

SCALIGER.

*numeramus utramque*] Nos ait, qui in mediâ Italiâ versamur, & Hesperis paulò orientiores sumus diem habemus paulò maturiùs : ac

proinde sexta nostra duas orientalium horas participat, nempe duodecimam & primam illorum.

BUTIRIGIS.

*numeramus utramque*] Videamus quid Fayus sentiat, nam ut Bentleius ait, magnæ de hoc loco lites inter viros cetera maximos exortæ sunt. Nos vero, quibus Sol est Oriens & Occidens, utramque sextam horam, non sextam pariter, sed primam & ultimam diei nostri numeramus. Quæ enim oriente sole nobis est prima diei hora, ea populis, quos tunc meridiem Sol premit, sexta est, seu meridiana. Pariter quæ nobis occidente sole est ultima hora, iis, quibus tum Sol superincumbit, sexta est seu meridiana. Hoc videtur magis verisimile. FAYUS.

*Alterius fines*] Notat Horizontem. Qui est duplex, alter ratione, alter sensu.

Quicquid erit cœlique imum, terræque supremum,  
 Quà coit ipse sibi nullo discrimine mundus, 650  
 Redditque, aut recipit fulgentia fidera ponto,  
 Præcingit tenui transversum limite mundum.  
 Hæc quoque per totum volitabit linea cœlum.  
 Nunc tantum ad medium vergens, mediumque repente  
 Orbem : nunc septem ad stellas, nunc mota sub Astra. 655  
 Sed quocunque vagæ tulerint vestigia plantæ,  
 Has modo terrarum, nunc has gradientis in oras,  
 Semper erit novus, & terris mutabitur arcus.  
 Quippe aliud cœlum ostendens, aliudque relinquens,  
 Dimidium tegit atque refert, varioque notabit 660  
 Fine, & cum visu pariter sua fila movente.  
 Hic terrestris erit, quia terram amplectitur, orbis,  
 Et mundum plano præcingit limite gyros,  
 Atque trahens a se titulum, memoratur Horizon.  
 His addunt alios diversaque fila trahentes 665  
 Inter se gyros : quorum fulgentia signa

*volitabit linea*] volitare ait, quoniam est mobilis. Quæ enim linea signat Horizontem, ea mutabilis ac variabilis pro variâ loci mutatione: nimirum tam versûs ortum & occasum, quam versûs meridiem & septentrionem.

FAYUS.

*ad medium vergens*] Scilicet ad medium cœlum, aut meridianum.

*mediumque repente*] Ad meridiem mundi aut terræ.

*septem ad stellas*] Ad septentriones.

*mota sub astra*] Reliqua astra vocat mota, hoc est, mobilia: quoniam oriuntur & occidunt ad differentiam septentrionum, qui semper videntur. SCALIGER.

*mota sub astra*] Id est ad ortum

& occasum. Signatur Horizontis variatio. Astra mota dicuntur, quatenus feruntur ab ortu in occasum, aut contra. FAYUS.

*quocunque vagæ*] Explicat hoc loco & distinguit Horizontem sensilem.

*gradientis*] Subintelligitur hominis. *Hominis gradientis.*

*et medium plano*] Horizon terram ac cœlum in duas secat partes. Quapropter in hoc versu, ait, horizontem cœlum quoque cingere, ut ante dixerat eum terram amplecti: quam ob causam dividit cœlum ac terram, sed non in æquas partes. FAYUS.

*His addunt alios*] Tractat & describit duos circulos obliquos, Zodiacum & Lacteam.

Alter habet, per quæ Phœbus moderatur habenas :  
 Subfequiturque suo solem vaga Delia curru ;  
 Et quinque adverfo luctantia fidera mundo  
 Exercent varias naturæ lege choreas. 670

Hunc tenet a summo Cancer, Capricornus ab imo :  
 Bis recipit, lucem qui circulus æquat & umbras,  
 Lanigeri & Libræ filo sua signa secantem.  
 Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis,  
 Rectaque devexo fallit vestigia clivo. 675

Nec visus aciemque fugit, tantùmque notari  
 Mente potest, sicut cernuntur mente priores :  
 Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe,  
 Insignemque facit cœlato lumine mundum,  
 Et ter vicenas partes patet atque tricenas 680  
 In longum : bis sex latefcit fascia partes,  
 Quæ cohibet vario labentia fidera cursu.

Alter in adverfum positas succedit ad Arctos,  
 Et paulùm a Boreæ gyro sua fila reducit,  
 Tranfitque inverfæ per fidera Caffiopeæ.  
 Inde per obliquum descendens tangit Olorem : 685

*Alter]* Zodiacus.

*Et quinque adverfo]* Quinque Planetæ, post Solem & Lunam, nempe, Saturnus, Jupiter, Mars, Venus, Mercurius.

*Hunc tenet a summo]* summa pars est Zodiaci, quæ ad ipsum Cancrum pervenit. FAYUS.

*Capricornus ab imo]* Pars Zodiaci infima est, quæ ad Capricornum delabitur versùs Austrum. FAYUS.

*æquat & umbras]* Æquator.

*inflexus orbis]* Scilicet inflexus orbis Zodiaci.

*ter vicenas]* Dividitur Zodiacus in 360 Grad. quorum 30 uni-

cuique duodecim signorum tribuuntur. FAYUS.

*bis sex latefcit]* Tribus circulis parallelis balteum signiferi constare veteres scribunt. Quorum duo extremi latitudinem circuli definiunt : medius in duas æquales partes, quæ sunt senum graduum, baltei latitudinem dividit.

SCALIGER.

*in adverfum]* Lacteus affurgit ad ursa, quas ex adverfo sibi positas habet.

*inverfæ]* Ita sita est Cassiopea, ut pedes attollat ad Polum ; caput vero vergat deorsum. FAYUS.

Æstivosque secat fines, Aquilamque supinam :  
 Temporaque æquantem, gyrum : Zonamque ferentem  
 Solis equos, intrâ caudam, quâ Scorpius ardet,  
 Extremamque Sagittari lævam, atque Sagittam. 690  
 Inde suos finuat flexûs per crura pedesque  
 Centauri alterius, rursusque ascendere cœlum  
 Incipit : Argivamque ratem per aplustria summa,  
 Et medium mundi gyrum, Geminosque per ima  
 Signa secans subit Heniochum : teque inde profectus 695  
 Cassiopea, petens, super ipsum Persea transit ;  
 Orbemque ex illâ cæptum concludit in illâ :  
 Tresque secat medios gyros, & signa ferentem  
 Partibus è binis, quotiens præciditur ipse.  
 Nec quærendus erit. Visûs incurrit in ipsos 700  
 Sponte suâ, seque ipse docet cogitque notari.  
 Namque in cæruleo candens nitet orbita mundo,  
 Ceu missura diem subito, cœlumque recludens.  
 Ac veluti virides discernit femita campos,  
 Quam terit assiduo renovans iter orbita tractu, 705  
 Inter divisas a callibus est via partes :

*Æstivos fines*] Tropicum Cancri.

*supinam*] Caput enim vergit deorsum.

*Centauri alterius*] Australis scilicet, qui pedibus Lacteam circum terere videtur juxta circum Antarticum. FAYUS.

*aplustria summa*] Summas partes mali.

*medium mundi gyrum*] Æquatorem.

*per ima*] Per pedes Geminorum.

*Orbemque ex illâ*] Cassiopeâ, a cujus pedibus cæperat lacteus circum, & in quibus terminatur.

FAYUS.

*Tresque secat*] Duos Tropicos & Æquatorem qui sunt medii cœli circuli. FAYUS.

*signa ferentem*] Nempe Zodiacum.

*femita*] in hoc loco, est via a pedibus, trita. *Via*, est planum solum a vehiculis transitum.

*Inter divisas*] Hunc versum Bentleyus ut spurium rejicit. Sed perperam. Per continuum orbitæ transitum, ait Poeta, gramen deprimitur, & tandem callis aut femita facta est: in hâc femitâ, quæ facta est inter cæteras campi partes gramineas, in tantum deletur gramen, ut currus aliquis demum in plano loco feratur; dum aliæ partes viriditate vigent.

Ut freta canescunt fulcum ducente carina,  
 Accipiuntque viam fluctus spumantibus undis,  
 Quam tortus verso movit de gurgite vortex :  
 Candidus in nigro lucet sic limes Olympo, 710  
 Cœruleum findens ingenti lumine mundum.  
 Utque suos arcûs per nubila circinat Iris,  
 Sic superincumbit signato culmine limes  
 Candidus, & resupina facit mortalibus ora  
 Dum nova per cæcam rimantur lumina noctem, 715  
 Inquiruntque sacras humano pectore causas.  
 Num se diductis conetur solvere moles  
 Segminibus, rarâque labent compagine rimæ,  
 Admittantque novum laxato pectore lumen ?  
 Quid ? quasi non timeant, magni cum vulnera cœli 720  
 Conspiciant, feriatque oculos injuria mundi.  
 An coeat mundus, duplicisque extrema cavernæ  
 Conveniant, cœlique oras et sidera jungant ?  
 Perque ipsos fiat nexûs manifesta cicatrix,  
 Fissuram faciens mundi ? Stipatus & orbis 725  
 Aeriam in nebulam clarâ compagine versus  
 In cuneos alti cogat fundamenta cœli.  
 An melius manet illa fides, per sæcula prisca  
 Illâc solis equos diversis cursibus isse,  
 Atque aliam trivisse viam : longumque per ævum 730  
 Exustas sedes, incoctaque sidera flammis,  
 Cœruleam verso speciem mutâsse colore,

*femita*] Distinguit Poeta Semitam a viâ. Nam per vocem *via* hîc intelligit femitam gramineam penitus obtritam, & in viam pulverulentam conversam. Semita in hoc loco est callis gramineus paululum contusus, è quo gradatim oritur via.

*resupina facit*] Eleganter. Namque ex admiratione vultum

resupinant homines ad phænomena cœlestia. FAYUS.

*duplicisque extrema cavernæ*] Duas cœli partes concavas, quas Lacteus circulus hinc inde separat.

*Stipatus & orbis*] Circulus adeo in angustiores limites contractus, ut verti videatur in lucidam nebulam, & cuneatim cœlum findere, unde ruina immineat.



Infusumque loco cinerem, mundumque sepultum.

Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,

Phaethontem patrio curru per signa volantem,

735

(Dum nova miratur propius spectacula mundi,

Et puer in cœlo ludit, curruque superbus

Luxuriat, mundo, cupit & majora parente)

Monstratas liquisse vias, orbemque recentem

Imposuisse Polo : nec signa insueta tulisse

740

Errates nutu flammæ, currumque solutum

Deflexum solito cursu, curvisque quadrigis.

Quid querimus, flammæ totum sævisse per orbem ?

Terrarumque rogam cunctas arsisse per urbes ?

Cum vaga dispersi fluitârunt lumina currûs,

745

Et cœlum exustum est. Luit ipse incendia mundus

Et nova vicinis flagrârunt sidera flammis,

Nunc quoque præteriti faciem servantia cæsûs.

Nec mihi celanda est famæ vulgata vetustas

Mollior : e niveo lactis fluxisse liquorem

750

*Infusumque loco cinerem*] Si locus, ubi nunc lacteus circulus, olim cinere fuit coopertus, & pars mundi aut cœli sepulta, non video quomodo nunc lucidus videtur, nam cinis & sepultura nebulas & caliginem inferunt.

*Luxuriat mundo*] Bentlejus, *nitido*, quod idem est, non perpendens vocem *mundo* esse nomen adjectivum. Ita, *mundo curru* idem valet ac *nitido curru*.

*cupit & majora parente*] Cupit esse Patre major, aut Patri præcellere, cui tantum concessum fuit solis equos flectere.

*nutu flammæ*] Inclinatione deorsum tendenti, vel quaquaversum. Non alitur sensus emergit,

nisi concedamus cineres nondum sopitos, & mundum, etsi sepultum flammis, etiamnum flammæ lucem emittere.

*curvisque quadrigis*] Quid *deflexum currum quadrigis* ? Curvæ dicantur quadrigæ quando incerto & obliquo motu hinc inde errant. Caveamus *deflexum* jungere *quadrigis*. Tum sensus erit, currum ob aberrationem de solito cursu esse solutum & cum curvis quadrigis ejus.

*mundus*] Universus terrarum orbis, id est, cœlum ac terra.

*Mollior*] Causa lactei circuli non tam atrox aut violenta ut illæ causæ præcedentes.

Pectore Reginae Divum; caelumque colore  
Infecisse suo. Quapropter Lacteus orbis  
Dicitur, & nomen causa descendit ab ipsa.

An major densa stellarum turba coronam  
Contexit flammam, & crasso lumine candet, 755  
Et fulgore nitet collato clarior orbis?

An fortes animae, dignataque nomina caelo  
Corporibus resoluta suis, terraeque remissa,  
Huc migrant ex orbe; suumque habitantia caelum  
Aethereos vivunt annos, mundoque fruuntur? 760  
Atque hic Aecidas, hic & veneramur Atridas,  
Tydidemque ferum; terraeque marisque triumphis  
Naturae victorem Ithacum; Pyliumque senectam  
Insignem triplici, Danaumque ad Pergama reges;  
Auroraeque nigrum partum; stirpemque Tonantis 765  
Rectorem Lyciae. Nec te, Mavortia virgo,  
Praeteream, regesque alios, quos Graecia misit.  
Quique animi vires, & strictas pondere mentes  
Prudentes habuere viri; quibus omnis in ipsis  
Census erat: justusque Solon, fortisque Lycurgus, 770  
Aethereusque Platon, & qui fabricaverat illum,

*dignataque nomina caelo]* Numina Bentlejus, sed quomodo Numina antequam, in caelum recepta? Nomina non hic significat, ut nugatur Bentlejus, hominum titulos aut appellationes, sed homines claris nominibus insignitos, & ideo caelo dignos, post mortalitatem exutam. Quid? Bentlejus potuit ita errare, ut non in mentem veniret, vocem nomina hoc loco ab auctore usurpatam per metonymiam adjuncti, ubi adjunctum pro subiecto ponitur? Papae!

*terraeque remissa]* Ita intelligas. Homines egregii in caelum recepti, exinde terrae remissi, deinde e terra migrantes in caelum.

*nigrum partum]* Memnonem.

*Rectorem Lyciae]* Sarpedonem.

*Mavortia virgo]* Penthesilea, quae Trojanis auxilium tulit adversus Graecos.

*Census erat]* omnes eorum divitiae ex animi dotibus profluxerunt.

*qui fabricaverat illum]* So- crates.

Damnatusque suas melius damnavit Athenas :  
 Perfidos & victor, strârat qui classibus æquor :  
 Romanique viri, quorum jam maxima turba est ;  
 Tarquiniique nimis reges, & Horatia proles, 775  
 Tota acies partis : necnon & Scævola trunco  
 Nobilior ; majorque viris & Clælia virgo :  
 Et Romana ferens, quæ textit, mœnia Cocles ;  
 Et commilitio volucris Corvinus adeptus  
 Et spolia, & nomen, qui gestat in alite Phœbum : 780  
 Et Jove qui meruit cœlum, Romamque Camillus  
 Servando posuit ; Brutusque a rege receptæ  
 Conditor, & Pyrrhi per bella Papirius ultor :  
 Fabricius, Curiusque pares : & tertia palma  
 Marcellus, Cossusque prior de rege necato ; 785  
 Certantes Decii votis, similesque triumphis :  
 Inviçtusque morâ Fabius : victorque necati  
 Livius Hasdrubalis, socio per bella Nerone :  
 Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum :  
 Pompeiusque orbis domitor, per tresque triumphos 790  
 Ante Deum princeps ; & censu Tullius oris

*Perfidos & victor*] Themistocles, in navali certamine apud Salaminem, Persas fudit.

*nimis reges*] Qui suam potentiam nimis exercuerunt, & ita in tyrannidem delapsi.

*Tota acies partis*] Pro partibus utriusque aciei, & Romanæ & Albanæ, Horatii & Curiatii, sese pugnae commiserunt. Ergo Horatii, pro unâ parte.

*Jove qui meruit*] Quoniam Camillus Gallos, qui capitolium invaserant, oppressit.

*mœnia Cocles*] Urbem servavit Cocles. Mœnia ferre dicitur, ob muralem coronam, signum servatæ urbis, quam capite gessit, ob virtutem ei donatam a civibus.

*gestat in alite Phœbum*] Corvus Phœbo sacer ales. Dum pugnavit cum gallorum duce, corvus ejus galeâ infedit, & in corvo aut sub corvi specie, Phœbus dicitur auxilium tulisse.

*receptæ*] Romæ receptæ.

*tertia palma*] Tertia spolia opima, Rege hostium suâ manu interempto, retulit Marcellus. Cossus secunda.

*Decii votis*] Se devoverunt pro patriâ. Similes & votis & triumphis.

*Deum*] Jul. Cæsarem.

*censu oris*] Eloquentiâ ; quam, singulari dictione, vocat *divitias linguæ*.

Emeritus cœlum : tum Claudia magna propago,  
 Æmiliæque domûs proceres, clarique Metelli ;  
 Et Cato fortunæ victor : matrisque sub armis  
 Miles Agrippa suæ : Venerisque ab origine proles 795  
 Julia descendit cœlo, cœlumque replevit  
 Quod regit Augustus, socio per signa Tonante,  
 Cernit & in cœtu Divum magnumque Quirinum,  
 Altiùs ætherei quam candet circulus orbis.  
 Illa Deûm sedes ; hæc illis proxima, Divûm, 800  
 Qui virtute suâ similes, vestigia tangunt.

Hinc prius incipiam stellis quam reddere vires,  
 Signorumque canam fatalia carmine jura,  
 Implenda est mundi facies, corpusque per omne  
 Quicquid ubique nitet, vigeat quandoque, notandum est.

Sunt etiam raræ fortis natalis, euntes 806  
 Aera per liquidum : tractosque perire cometas  
 Protinus, & raptim subitas candescere flammæ  
 Rara per ingentes viderunt sæcula motûs.  
 Sive quòd, ingenitum terrâ spirante vaporem, 810  
 Humidior ficcâ superatur spiritus aurâ ;  
 Nubila cùm longo cessant depulsa sereno,

*matrisque sub armis]* Juliam Augusti filiam, ut alii, Marcellam duxerat Agrippa, ita Octavia forcrus ejus fuit. Sed non constat, quæ mater sua fuerit. Innuere videtur auctor, Agrippam cum jam puer sub matris suæ disciplinâ esset, militare ingenium & armorum cupidinem indicavisse.

*Divum, magnumque Quirinum]* Divinum & magnum. Magnum in terrâ, divinum in cœlo.

*Altiùs ætherei]* Supra Galaxiam inter Deos majores, Romu-

lum ponit. Infra : minores Dei, Heroes, virtute pares, collocantur.

*Implenda est]* Cœli species generalis primùm animadvertenda est, priusquam corporum cœlestium vires & imperia, ut carmine canantur, vices suas subeunt.

*fortis natalis]* Naturæ singularis ignes.

*tractosque cometas]* In longitudinem caudarum tractu, extentos.

*per ingentes motûs]* Non diu in regionibus superis moventur.

Et solis radiis arefcit torridus aer,  
 Aptâ alimenta fibi dimiffus corripit ignis,  
 Materiamque fui deprendit flamma rapacem. 815  
 Et quia non folidum eft corpus, fed rara vagantur.  
 Principia aurarum, volucrique fimillima fumo,  
 In breve vivit opus : cœptoque incendia fine  
 Subfiftunt, pariterque cadunt fugiente cometâ.

Quod nifi vicinos agerent occâibus ortûs, 820  
 Et tam parva forent accenfis tempora flammis,  
 Alter nocte dies effet, cœlumque rediret  
 Immerfum, & fomno totum deprenderet orbem.

Tum quia non unâ fpecie difpergitur omnis. 825  
 Aridior terræ vapor, & comprehenditur igni,  
 Diverfas quoque per facies accenfa feruntur  
 Lumina, quæ fubitâs exiftunt nata tenebris.  
 Nam modo ceu longi fluitent de vertice crines,  
 Flamma comas imitata volat; tenuisque capillus  
 Diffufos radiis ardentibus explicat ignes. 830  
 Nunc prior hæc fpecies difperfis crinibus exit,  
 Et globus ardentis fequitur fub imagine barbæ.  
 Interdum æquali laterum compagine ductus,

*Principia aurarum*] Principia, aut femina, vaporibus abundantia.

*cœptoque incendia fine*] Ignis brevi modò exiftit; appropinquat enim finis exiftentiæ eo ipfo initio ejus: fic incipit & definit tempore admodum brevi. Inquit Bentlejus, quid fit *cœperit finis*? Cum multæ aliæ hujufmodi dictiones in Manilio inveniuntur, Bentleji mifericordia, fi quam habuiffet;

erga duriffimum Poetarum feſe extendiffet.

*non unâ fpecie*] Quoniam vapor aridus non fub unâ fimplici formâ apparet, & ab igne corripitur, in varias formas & figuras diffunditur.

*fub imagine barbæ*] Cometæ, ut docent Aftronomiæ ſcientiæ inveſtigatores, in crinitos & barbatoſos diſtinguuntur.

Quadrata<sup>m</sup>ve trabem fingit, teretemve columnam.  
 Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis 835  
 Procero distenta utero ; parvosque capillos  
 Mentitus, parvos ignis glomeratur in orbes,  
 Lampadas & fissus ramosos fundit in ignes :  
 Hirta figuratur tremulo sub lumine messis. †  
 Præcipites stellæ passimque volare videntur, 840  
 Cum vaga per liquidum scintillant lumina mundum ;  
 Et tenues longis jaculantur crinibus ignes,  
 Exiliuntque procul volucres imitata sagittas,  
 Arida cum gracili tenuatur semita filo.  
 Sunt autem cunctis permixti partibus ignes, 845  
 Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes ;  
 Et penetrant terras, Ætnamque imitantur Olympo ;  
 Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas,  
 Ac filice in durâ, viridique in cortice sedem  
 Inveniunt, cum silva sibi collisa crematur. 850  
 Ignibus usque adeo natura est omnis abundans.  
 Ne mirere faces subitas erumpere cælo ;  
 Aeraque accensum flammis lucere coruscis,  
 Arida complexum spirantis semina terræ,

*Quadratamve trabem*] Cometarum phasés variæ ; modo trabem, modo columnam, iterum dolium simulant. Ita quidem cogitarunt veteres. Nihil his rebus simile nostris sæculis evenit.

*Lampadas & fissus*] Quid fissus? Nempe *ignis fissus*. Quid? *Ignis fissus fundit faces in ignem?* Quomodo hoc valere potest? Non. Hæc ne in puero quidem toleranda. Hoc vult Poeta. Ignis, cum semel sit fissus, faces, aut lumina facibus similia, jacu-

latur, ramosæ formæ. *Ramosos in ignes* concipe pro *in ramos lucis*.

*messis*] ut in Virgilio, *ferrea telorum seges*, ita in nostro auctore, *igneæ cometarum messis*; filorum lucidorum densitas densitatem culmorum imitatur.

<sup>†</sup> *imitantur Olympo*] Intra viscera Montis Ætnæ eadem particulæ ignitæ quæ in nubibus. Quando tonitru & fulgure nubes suprâ gravidæ, Ætnam infrâ imitantur.

*faces subitas*] Exhalationes ignitæ in cælo, quæ vulgo stellæ volantes, aut lapidæ, vocantur.

Quæ

Quæ volucer pascens ignis sequiturque fugitque ; 855  
 Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen  
 Imbribus in mediis, & cœlum fulmine ruptum.  
 Sive igitur ratio præbentis femina terræ,  
 Involvens ignes, potuit generare cometas :  
 Sive illas natura faces ob juncta creavit 860  
 Sidera, per tenues cœlo lucentia flammæ :  
 Seu trahit ad semet rapido Titanius æstu,  
 Involvitque suo flammantes igne cometas,  
 Ac modò dimittit, sicut Cyllenius orbis  
 Et Venus, accenso cum ducit vespere noctem, 865  
 Sæpe micant, falluntque oculos, rursusque revifunt.  
 Seu Deus instantis fati miseratus, in orbem  
 Signa, per affectûs cœlique incendia, mittit.  
 Nunquam futilibus concanduit ignibus æther,  
 Squalidaque elusi deplorant arva coloni, 870  
 Et steriles inter fulcos defessus arator  
 Ad juga mœrentes cogit frustrata juvencos.

*volucer pascens ignis*] Alimentum ignis sequitur, quando nutritur, id est, pascendo. Fugit vero, quando humiditate, imbribus fulmina emittentibus, coalescit.

*ob juncta creavit*] Philosophi antiqui, qui de cometarum naturâ scripserunt, inter multas alias sententias, cometas formatos esse ex erraticarum stellarum congressu, existimabant.

*Ac modo dimittit*] Excentricâ ellipsi cometa revolutiones facit. Cum in Perihelio versatur, aut sit in approximatione ad solem, oculos fugit; cum vero sit in Aphelio, aut recessu a sole, oculos splendore invitât.

*Cyllenius orbis*] Mercurius Planeta.

*Et Venus*] Venus magno spatio a sole recedens secundum latitudinem, uno eodemque die, matutina & vespertina fit. SCALIGER.

*Sæpe micant*] Sicut magis aut minus ad solem feruntur, aut ab sole recedunt, magis aut minus cernuntur. FAYUS.

*Seu Deus*] Deus instantis fati calamitates mortalibus denunciât per cœli affectiones & phænomena: quapropter cometæ, ut crediderunt veteres, inter tales præ-nuncios locum habent.

Aut gravibus morbis, & lentâ corpora tabe  
 Corripit exustis lethalis flamma medullis,  
 Tabentesque rapit populos, totasque per urbes 875  
 Publicâ succensis peraguntur fata sepulchris.  
 Qualis Erichthonios pestis populata colonos,  
 Extulit antiquas per funera pacis Athenas,  
 Alter in alterius labens cùm fata ruebat.  
 Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant. 880  
 Cesserat officium morbis, & funera deerant  
 Mortibus & lacrimæ. Fessus defecerat ignis,  
 Et coacervatis ardebant corpora membris.  
 Ac tantò quondam populo vix contigit hæres.  
 Talia significant lucentes sæpe cometæ. 885  
 Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur

*per funera pacis*] Ubi-  
 scribendi dicendique rationem in  
 Manilii opere perpendimus, Af-  
 peritas agrestis (abhorrens a sæ-  
 culo in quo scripsit) non raro in-  
 ducitur, quæ operis existimatio-  
 nem lædit. Qualis in hoc loco,  
*per funera pacis*. Quæ verba ita  
 intelligenda sunt, ait hujus Poetæ  
 editor, nempe *funera fiebant, ex  
 pestilentia orta, tempore pacis*; ri-  
 dicule: Quasi pestis vix quidem,  
 nisi tempore belli, grassaretur.  
 Bentlejus silentium pretiosum ac  
 venerabile sibi ipsi injungit, nam  
 de hoc loco ne verbum unum qui-  
 dem. Quis rerum status, flagran-  
 te intrâ civitatem pestilentia? An  
 non confusio, perturbatio, &, ut  
 dicam, exitium pacis undique in-  
 gruunt? Sensus igitur est, quam-  
 vis ineleganti & minimè poetico  
 more expositus a Manilio, Athenæ  
 sive Athenienses elati inter uni-  
 versam sollicitudinem civium, quæ  
 pacem aut otium extinxerat. Fu-

nus civium fuit, & funus pacis.  
*Per funera*, pro *inter funera*: id  
 est, durante funere pacis.

*Et coacervatis*] Hic Bentlejus,  
 gubernaculum navis criticæ non  
 rectè administrando, in scopulos  
 impingitur. In critico, leni &  
 circumspecto animo opus est: ali-  
 ter, si præceps feratur, mole ruit  
 suâ. Spurius est versus, ait casti-  
 gatorum princeps. Nequaquam.  
 Ita concipe. Tam immensa ligni  
 quantitas absumpta fuisset, adeo  
 ut tandem inopia sequebatur.  
 Tum membris [non *corporum*, ut  
 malè sentiunt interpretes, sed *ig-  
 nis*] in unum collatis rogorum  
 priorum, non penitus consumptis,  
 super hæc membra, corpora reli-  
 qua nondum in cineres redacta,  
 imposuerunt. Eandem vocem  
*membris* ad signa transfert infra,  
 lib. 3. Et si *membris signorum*  
 Manilianum fit, cur non, *membris  
 ignis*?

*facibus*] Cometis.

H

Ardentes.



Ardentes sine fine rogos, cùm mundus & ipsa  
Ægrotet natura novum fortita sepulchrum.

Quin & bella canunt ignes, subitosque tumultus,  
Et clandestinis surgentia fraudibus arma : 890  
Externas modo per gentes : ut fœdere rupto,  
Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,  
Infecitque trium legionum sanguine campos,  
Arserunt toto passim minitanti mundo  
Lumina ; & ipsa tulit bellum natura per ignes, 895  
Opposuitque suas vires, finemque minata est.  
Nec mirere graves rerumque hominumque ruinas ;  
Sæpe domi culpa est. Nescimus credere cœlo.

Civiles etiam motus, cognataque bella  
Significant. Nec plura aliàs incendia mundus 900  
Sustinuit, quam cum ducibus jurata cruentis  
Arma Philippæos implerunt agmine campos.  
Vix etiam ficcâ miles Romanus arenâ  
Ossa virum, lacerosque prius superastitit artus :  
Imperiumque suis conflixit viribus ipsum, 905  
Perque patris pater Augustus vestigia vicit.

*Nec mirere graves*] Si gravi  
ruinâ gentes aut rerum fortes op-  
primantur, mirari non debemus :  
Nam omnia hæc a nostris vitiis  
procedunt ; quoniam ad cœlum  
corda non tollimus, & divino nu-  
mini, cujus ad nutum res humanæ  
disponuntur, fidem non habemus.

*Arma Philippæos*] Civile bel-  
lum notat, quod ex unâ parte M.  
Brutus & Cassius J. Cæsaris inter-  
fectores ; ex alterâ Augustus,  
Antonius, & Lepidus, excitave-  
runt : & quo apud campos Phi-

lippæos Brutus & Cassius cecide-  
runt. FAYUS.

*Vix etiam ficcâ*] Vix campi  
Philippæi exsiccati erant sanguine  
effuso per Cæsarem & Pompejum,  
cum jam iterum miles Romanus  
in iisdem campis stetit, supra ossa  
& membra virorum prius lacero-  
rum ; ut iterum suo sanguine cam-  
pos eosdem madefaceret, pugnan-  
tibus inter se Bruto & Cassio, Au-  
gusto, Antonio, & Lepido.

FAYUS.

Necdum

Necdum finis erat ; restabant Actia bella  
 Dotali commissa acie, repetitaque rerum  
 Alea, & in ponto quæsitus rector Olympi :  
 Fœmineum fortita jugum cum pompa tetendit, 910  
 Atque ipsa Ifiaco certârunt fulmina fistro.  
 Restabant profugo servilia milite bella,  
 Cum patrios armis imitatus filius hostes  
 Æquora Pompeius cepit defensa parenti.

Sed fatis hoc fatis fuerit. Jam bella quiescant : 915  
 Atque adamanteis discordia vinc̄ta catenis  
 Æternos habeat frænos in carcere clausa.  
 Sit pater invictus patriæ : fit Roma sub illo :  
 Cumque Deum cœlo dederit, non quærat in orbe.

*Dotali commissa acie*] Antonius Cleopatram duxerat ; eique in dotem ausus est Romanum imperium polliceri. Itaque bellum adversus Romanos dotis gratiâ suscepit. FAYUS.

*Alea*] Alludit ad Pharsalicam pugnam quâ jacta rerum alea : quâ de orbis imperio certatum est. Similiter in hâc Actiacâ pugnâ.

FAYUS.  
*quæsitus rector Olympi*] Quis Jove socio cœlum regeret in ponto quæritur, Augustus an Antonius. Verba adulatoria. FAYUS.

*pompa tetendit*] Pompa Cleopatæ Navalis.

*fulmina*] Divinitatem Augusti asserit.

*servilia bella*] Servos ac profugos ad arma sua convocavit Augustus adversus Pompeii filium.

FAYUS.

*non quærat in orbe*] Vivum inter Deorum numerum Romani retulerant Augustum. Quamvis, inquit, Deus fit Augustus, tamen curam suorum, qui in orbe sunt, non omittit.

## M. M A N I L I I

## A S T R O N O M I C O N .

## L I B E R II.

**M**A X I M U S Iliacæ gentis certamina vates,  
 Et quinquaginta regum regemque patremque ;  
 Hæctoramque facem : tutamque sub Hæctore Trojam ;  
 Erroremque ducis totidem, quot vicerat, annis ;  
 Instantis bello, geminata per agmina ponto ; 5  
 Ultimaque in patriâ, captisque Penatibus, arma,

*Et quinquaginta regum*] Nempe Priamum, qui quinquaginta filios habuit, quos Reges vocat Manilius, sed revera duces.

*Hæctoramque facem*] Ignem ab Hæctore in naves Græcorum injectum. FAYUS.

*tutamque sub Hæctore*] Sub Hæctore incolumi.

*Erroremque ducis*] Trojâ expugnatâ decem annis, quot ante Trojam pugnaverat, per mare erravit, reversurus in patriam, varisque est expertus pericula.

FAYUS.

*geminata per agmina*] Ulysses bis in mari & per mare exercitum in expeditionem duxit : semel, cum ad Trojam venit : iterum, cum, expugnatâ Trojâ, erravit per mare cum sociis, bellaque gefit adversûs Ciconas, & Polyphemum. FAYUS.

*captisque Penatibus*] Ultima aut extrema perpeffus est, cum a procis Penelopes foras exclusus, contentio inter illum & procos orta est.

Ore sacro cecinit : patria & cui jura petenti,  
 Dum dabat, eripuit : cujusque ex ore profusos  
 Omnis posteritas latices in carmina duxit,  
 Amnemque in tenues ausa est deducere rivos 10  
 Unius fœcunda bonis. Sed proximus illi  
 Hesiodus memorat Divos, Divûmque parentes  
 Et chaos enixum terras, orbemque sub illo  
 Infantem, & primos titubantia sidera partûs :  
 Titanas juvisse Jovis cunabula magni : 15  
 Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis ;  
 Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum,  
 Omniaque immenso volitantia numina mundo.  
 Quinetiam ruris cultûs, legesque rogavit,  
 Militiamque soli. Quòd colles Bacchus amaret : 20

*patria & cui jura*] Jura Homerus petiit, id est alimentum justum, meritumque ex mercede & humanitate : mercede, quòd Poeta gratus ; humanitate, quod civis & cœcus esset. Huic ergo jura petenti, quasi laboris sui jura dabat patria, nimirum *Cumæ* : sed postea, quod, senatus consulto per prætorem denunciato, concesserant, abnuerunt : quapropter indignatione percitus, *Cumis* ad *Phoœam* secessit, *Cnmanis* suis imprecatus, nè unquam illic Poeta nobilis existeret, qui illos celebraret. BUTIRIGIS.

*cujusque ex ore*] Metaphora prorsus inepta, & quæ defendi nequit. Ponamus oris effigiem coloribus expressam, aquarum rivos profundentis, & omnium posteroram poetarum ora tales rivos imbibentia.

*O Te, Bollane, cerebri felicem!*  
 Quis non exclamet, cum hanc Manilii *viridem ursam* contempletur?

*titubantia sidera*] Solem & Lu-

nam, quæ stellæ sunt erraticæ, vagantes, & titubantes, primique cœli partûs. FAYUS.

*Infantem orbem*] orbem ex chaos nascentem.

*Titanas*] Promovisse Jovis cunabula Titanes dicuntur, quoniam regnum sibi vendicaverunt, si Saturnus nullos liberos sustulisset. Ad frustrandas eorum expectationes Jupiter per Opis solertiam servatus fuit. Quod non ita fuisset, si Titanes jus hæreditatis non asseruissent. Quare, ob jus istud, juvisse infantiam Jovis Titanes a Manilio affirmantur.

*sub fratre viri*] Jupiter & conjux & frater fuit Junonis.

*Sine fratre*] Juno Vulcanum peperisse absque fratris & mariti Ope dicitur ab Hesiodo. FAYUS.

*Atque iterum patrio*] Quem his genitum de Jove fabulantur poetæ : semel ex Semele : iterum ex Jovis femore. FAYUS.

*rogavit*] Leges & ruris cultûs præcepit.

Quod

Quod fœcunda Ceres campos : quòd Bacchus utrumque :  
 Atque arbuſta vagis eſſent. quòd adultera pomis :  
 Silvarumque Deos, ſacrataque numina nymphas,  
 Pacis opus, magnos naturæ condit in uſûs.

Aſtrorum varias quidam dixere figuras, 25  
 Signaque diſuſo paſſim labentia cœlo  
 In proprium cujuſque genus, cauſasque tulère :  
 Perſea, & Andromedæ pœnam, matremque dolentem,  
 Solantemque patrem : raptamque Lycaone natam :  
 Officioque Jovis Cynofuram ; lacte Capellam ; 30  
 Et furto Cycnum, pietate ad fidera ductam  
 Erigonem ; iſtuque Nepam ; ſpolioque Leonem ;  
 Et morſu Cancrum ; Piſces Cythereide verſâ ;  
 Lanigerum victo ducentem fidera ponto :  
 Cæteraque ex variis pendentia caſibus aſtra, 35  
 Æthera per ſummum voluerunt fixa revolvi.  
 Quorum carminibus nihil eſt niſi fabula cœlum,  
 Terraque compoſuit cœlum, quæ pendet ab illo.  
 Quinetiam pecorum ritûs, & Pana ſonantem  
 In calamos, Siculâ memorat tellure creatus : 40

*utrumque*] Et colles & campos.  
*arbuſta vagis*] De arboribus  
 inſitis loquitur, quæ adulterinos  
 fruſtûs edunt. FAYUS.

*raptamque*] Calisto intelligitur.  
*Cynofuram*] Dicitur Cynofura  
 una e nutricibus, quas Jupiter ha-  
 buit.

*furto*] Adulterio. Alludit ad  
 Jovem cygni formâ Ledam com-  
 primentem.

*ſpolioque Leonem*] Hercules,  
 cum leonem interfeciſſet, pellem  
 ejus induiſſe dicitur.

*Cythereide verſâ*] Venus in piſ-  
 cem mutata, cum Typhonis per-

ſequentis illecebras vitaret. Vid.  
 Ov. Met. lib. 4.

*voluerunt fixa*] Fixa in cœlo,  
 & cum cœlo *volvenda* ; manen-  
 tia tamen ſuis locis aut ſedibus, fi-  
 dera.

*Quorum carminibus*] In cœli  
 deſcriptione animalia terreſtria  
 poetæ delineant. Hoc eſt, quod  
 vult Manilius, cum ait, cœlum  
 nihil niſi fabula. Sidera enim  
 per figuras animalium terreſtrium  
 diſtinguuntur.

*Siculâ tellure creatus*] Theo-  
 critus.

Nec filvis silvestre canit, perque horrida motus  
Rura ferit dulces; musamque inducit in arva.

Ecce alius pictas volucres, & bella ferarum:

Ille venenatos Angues: hic nata per herbas

Fata refert, vitamque suâ radice ferentes. 45

Quinetiam tenebris immersum Tartaron atrum

In lucem de nocte vocant, orbemque revolvunt

Interiùs versum, naturæ fœdere rupto.

Omne genus rerum doctæ cecinere sorores:

Omnis ad accessus Heliconis semita trita est. 50

Et jam confusi manant de fontibus amnes,

Nec capiunt haustum, turbamque ad sacra ruentem.

Integra quæramus rorantes prata per herbas,

Undamque occultis meditantem murmur in antris:

Quam neque durato gustârint ore volucres, 55

Ipse nec æthereo Phœbus libaverit igne.

*Nec filvis silvestre canit*] Id est, non tantum illas res canit, quæ ad filvas pertinent, sed latiore evagatur circulo, & aperta rura, & contentiones gratas ob carminum modulationem, depingit.

*Ecce alius pictas*] Notat illos poetas, qui de volucribus, de ferarum pugnis, de veneficis serpentibus, deque herbis venenatis & salutiferis scripserunt. FAVUS.

*immersum Tartaron*] Sunt, qui infernas regiones carminibus patefecerunt: & quasi internam orbis formam & structuram oculis nostris deorsum sursum verterunt, aut revolverunt.

*confusi manant*] Rivi e fontibus scaturientes turbidi aut confusi redduntur, ob Poetarum frequentiam, adeo ut ad se invicem

eorum aquæ confluant, & inter se misceantur.

*Nec capiunt haustum*] Materia poetica pœne exhausta videtur. Non enim (tanta est amnium confusio & admixtio) ulla lympa perlucida haurienda; ideo ingenii poetici æstus, minimè puras, si res ita se habent, effusiones participant.

*Integra quæramus*] A nullo alio Poetâ sui temporis & linguæ materiam tactam canere se profiteretur Manilius. *Prata integra*, a nullo alio obtrita. Ita Lucretius, *juvat integros accedere fontes*.

*libaverit igne*] Quam undamne solis radii unquam attigerunt, & quam ne aves, quæ rostrum durum habent, gustaverunt. Ita unda pura, & adulterinis communicationibus penitus libera.

Nostra loquar : nulli vatūm debebimus orsa.  
 Nec furtum, sed opus veniet : soloque volamus  
 In cœlum curra : propriâ rate pellimus undas.  
 Namque canam tacitâ naturæ mente potentem, 60  
 Infusumque Deum cœlo, terrisque fretoque,  
 Ingentem æquali moderantem fœdere molem :  
 Totumque alterno consensu vivere mundum,  
 Et rationis agi motu ; cum spiritus unus  
 Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem 65  
 Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.

Quòd nisi cognatis membris contexta maneret  
 Machina, & imposito pareret tota magistro,  
 Ac tantum mundi regeret prudentia censum ;  
 Non esset statio terris, non ambitus astris, 70  
 Hæreretque vagus mundus, standoque rigeret :  
 Nec sua dispositos servarent sidera cursūs,  
 Noxque alterna diem fugeret, rursusque fugaret ;  
 Non imbres alerent terras, non æthera venti,

*mente potentem*] Nempe *Deum* totam rerum compagem disseminet.  
*potentem naturæ*, qui habet naturam sub suâ potestate. Ita in classicis auctoribus eodem sensu *potentem*. *Tacitâ mente*, secreta impulsu. Stoici asserunt, Deum esse mentem mundi. Hic locus a Bentleio malè intellectus, qui arbitratur Manilium velle, *Deum potentem tacitâ mente naturæ*. Quis ferre potest, inquit, *Deum non propria sed naturæ* mente potentem ? O errorem miserum ! Quis in tanto viro talem incogitantiam fuisse existimaverit ?

*alterno consensu*] Partes singulæ universi per vices concordia inter se mutuâ subsistunt.

*irriget orbem*] Divinas vires per

totam rerum compagem disseminet.

*corpusque animale*] Philosophi veteres universum esse animal docuerunt. FAYUS.

*tantum mundi*] *Censum* in hoc versu eandem significationem proferat ac si Manilius dixisset *tantam* mundi excellentiam aut amplitudinem.

*Hæretque vagus mundus*] Cœlum, quod nunc movetur, quiesceret. Apage, Bentleie, cum versu tuo adulterino. Nisi, ait auctor, mundus providentiâ regeatur, non tam bene disposito ordine volveretur, sed staret cœlum. *Vagus mundus* pro cœlum volubile.

Nec pontus gravidas nubes, nec flumina pontum,  
 Nec pelagus fontes : nec stare summa per omnes  
 Par semper partes æquo digesta parente ;  
 Ut neque deficerent undæ, nec fidera nobis,  
 Nec cœlum iusto majusve minusve volaret.

75

Motus alit, non mutat opus. Sic omnia toto  
 Dispensata manent mundo, dominumque sequuntur.  
 Hic igitur Deus, & ratio, quæ cuncta gubernat,  
 Ducit ab æthereis terrena animalia signis :  
 Quæ quanquam longo cogit submota recessu,  
 Sentiri tamen ; ut vitamque ac fata ministrent  
 Gentibus, ac proprios per singula corpora mores,  
 Cominus est quærenda fides. Sic temperat arva  
 Cœlum : sic varias fruges redditque rapitque :  
 Sic pontum movet, & terris immittit & aufert.  
 Atque hæc seditio pelagus, nunc fidere Lunæ  
 Mota tenet, nunc diverso stimolata recessu,  
 Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem.  
 Sic submersa fretis, concharum & carcere clausa  
 Ad Lunæ motum variant animalia corpus.

80

85

90

*parente]* Deo.

*Quæ quanquam longo]* Ordo est, quæ signa, quanquam longè remota, Deus tamen sentiri cogit.

*Cominus est quærenda]* Quod cœlum moveat, & variè corpora nostra afficiat, exemplo rerum vulgarium & tritarum docet. Fides in promptu est, aut prope petenda ait. Quanquam enim divina natura remotissima, tamen certissimum, ab eâ omnes mutationes dimanare : ut longius non sit detenda fides. Cum eodem modo & mutationes temporum,

cœli & maris manifestò videamus.

SCALIGER.

*Atque hæc seditio pelagus]* Sensus est, hanc seditioem pelagi Luna motu suo modò retinet, cohibetque, modò excitat. Excitat autem, prout recedit a sole & terrâ, aut etiam accedit.

BUTIRIGIS.

*volantem]* Anni spatio totum orbem Sol circumvolat.

BUTIRIGIS.

*Phœbum comitata]* Non in uno Sole causa est, sed in Sole & Lunâ simul, æstus solaris & annui.

FAYUS.



Et cum damna tuas imitantur, Delia, vires, 95  
 Tu quoque fraternis reddis sic oribus ora,  
 Atque iterum ex iisdem repetis : quantumque relinquit,  
 Aut dedit ille, refers ; & fidus fidere constat.  
 Denique sic pecudes, & muta animalia terris,  
 Cùm maneant ignara sui, legisque per ævum, 100  
 Naturâ tamen ad mundum revocante parentem,  
 Attollunt animos, cœlumque & fidera servant ;  
 Corporaque ad Lunæ nascentis cornua lustrant,  
 Venturasque vident hyemes, reditura serena.  
 Quis dubitet post hæc hominem conjungere cœlo ? 105  
 Eximiam natura dedit linguamque capaxque  
 Ingenium, volucremque animum : quem denique in unum  
 Descendit Deus atque habitat, seque ipse requirit.  
 Mitto alias artes, quibus est permiffa voluntas,  
 Infidas adeo, nec nostri munera censûs. 110

*Et cum damna*] Eodem modo decrementum Lunæ fit ac incrementum, id est, utrumque evenit gradibus, ut dicam, paribus. Hic intelligenda est portio illuminata dimidia, quæ æqua est portioni tenebrôsæ : tum Luna dimidiata dicitur. Luna succedentibus noctibus, hoc est iterum iterumque, repetit a sole lucem in incremento ac decremento, quo fit, ut lux ejus fit major aut minor.

*legisque per ævum*] Non seipsa intelligunt animalia, nec leges naturæ, quamdiu vivunt ; tamen eorum animas natura regit, dum sideribus & cœlo obsequuntur.

*cornua lustrant*] De elephantis loquitur, qui, ut Plinius ait aquâ solenniter se purificant.

SCALIGER.

*seque ipse requirit*] Divinus animus in animum humanum descendit solùm, & ibi sese esse postulat.

*permiffa voluntas*] Rectè. Quoniam volumus sanè, sed non possumus assequi.

*Infidas adeo*] Quia nemo eas sibi promittere potest, neque eo modulo, aut numero, quo ille, aut ille. Alius enim alio doctior. Labore pari, eventu dispari eas comparantur. Est igitur aliquis, qui dispensat eas, cum homo ipse, quantumvis adnitens, de ipsis non consequatur quod optat.

SCALIGER.

*munera censûs*] munera nostrarum facultatum.

Mitto

Mitto quod æquali nihil est sub lege tributum,  
 Quo patet auctoris summam, non corporis esse.  
 Mitto quòd & certum est, & inevitabile fatum :  
 Materiæque datum est cogi, sed cogere mundo.  
 Quis cœlum possit, nisi cœli munere, nôsse ? 115  
 Et reperire Deum, nisi qui pars ipse Deorum est ?  
 Atque hanc convexi molem sine fine parentis,  
 Signorumque choros, ac cœli flammea tecta,  
 Æternum ac stellis adversûs sidera bellum,  
 Atque fretum & terras cœlo, subjectaque utrisque 120  
 Cernere, & angusto sub pectore claudere possit,  
 Ni tantos animis oculos natura dedisset,  
 Cognatamque sibi mentem vertisset ad ipsam,  
 Et tantum dictasset opus ? Cœloque veniret  
 Quod vocat in cœlum, sacra ad commercia rerum, 125  
 Et primas leges, quas dant nascentibus astra ?  
 Quis neget esse nefas invitum prendere mundum,  
 Et velut in semet captum deducere in orbem ?

*auctoris summam*] Ergo, inquit, concludendum est, Deos esse, qui eas artes tribuant. Univerſum aut *summa* ab aliquo auctore intelligenti, non a corpore aut merâ materiâ originem ducit.

SCALIGER.

*cogere mundo*] Materia est passiva, cœlum sive Deus activum principium.

*sine fine parentis*] Cœli æterni; cœli convexi nullos habentis limites; quod rerum auctorem vocat Manilius.

*adversus sidera bellum*] Pugnam intelligit, quæ inter signa intercedit, ex vario aspectu, variâque conjunctione, unde rerum eventus varii colliguntur. FAYUS.

*Atque fretum et terras*] Sententia est, quis homo est qui animo & cogitatione possit aptissimum illum ordinem comprehendere, quo mare & terra cœlo, & tam multa mari ac terræ subjecta sunt.

*subjectaque utrisque*] Omnia, quæ ab utrisque gubernantur; nempe homines, animalia, & cæteræ naturæ, quæ in cœlo, terris, & freto creatæ existunt.

*Quis neget esse nefas*] Cœli arcana, quæ humanam intelligentiam eludunt, investigare nefas est, & quasi in terram deducere: cum non sint in seipsis capta, nota, aut intellecta, ut aliqui falsò existimant.

Sed ne circuitu longo manifesta probentur,  
 Ipsi res operi faciet pondusque fidemque. 130  
 Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam.  
 Ritè secanda via est : ac veri credita causa,  
 Eventusque datus, qualis prædicitur antè.  
 Quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum  
 Audeat, & tantæ suffragia vincere fortis ? 135

Hæc ego divino cupiam cùm ad fidera flatu  
 Ferre, nec in turbam, nec turbæ carmina condam :  
 Sed solus vacuo veluti vectatus in orbe,  
 Verbere agam currûs ; non occurrentibus ullis,  
 Nec per iter socios commune gerentibus actûs ; 140  
 Sed cœlo noscenda canam, mirantibus astris,  
 Et gaudente sui mundo per carmina vatis :  
 Vel quibus illa sacros non invidere meatûs,  
 Notitiamque sui, minima est quæ turba per orbem.

*Ritè secanda via*] Via facienda per sectionem, quæ ad veritatis & eventuum prædictorum consummationem ducit.

*veri credita causa*] Ego, inquit, rem tibi auctorem dabo: nempe veritatem ipsam prius prædictam, ac creditam, quam eveniret. Quis vero audeat falsi convincere, quod fortuna ratum effecit? SCALIGER.

*nec in turbam*] In turbam, aut inter vulgus, cum hæc non cupiam ferre, proculdubio carmina ad captum vulgi aut in usum vulgi non condam. Hunc locum Bentlejus crudeliter lacerat: & in *terram*, pro *in turbam* ponit, a sensu & mente auctoris deflectens, ut suam venerabiliorem auctoritatem ad nutum fanciret.

*commune gerentibus*] Communicantibus non ullis (ut prius *non ullis occurrentibus*) sociales suppetias. Hos versus ternos, *sed solus*, &c. ad *gerentibus actus*, expungit Bentlejus; qui Manilii *Retiarius* est; nam fuscina five tridente necnon rete armatus, primo Poetam irretit, deindi *tridente critico* interficit.

*mundo*] Cœlo.

*vel quibus*] Aut saltem gaudentibus illis, quibus illa, *cœlo noscenda*, non invidere meatûs, hoc est, quibus iter ad hoc prædium dederunt. SCALIGER.

*minima est quæ turba*] Poetarum turba, sacrorum meatuum notitiam inquirentium, minima est.

Illa fugit, quæ divitias, quæ diligit aurum, 145  
 Imperia, & fasces, mollemque per otia luxum,  
 Et blandos ad verba sonos, dulcemque per aures  
 Affectum, ut modico noscenda ad fata labore.  
 Hoc quoque fatorum est, legem prædiscere fati.  
 Et primùm astrorum varia est natura notanda 150  
 Carminibus, per utrumque genus. Nam mascula sex sunt,  
 Diversi totidem generis sub Principe Tauro :  
 Alternant genus, & vicibus variantur in orbem.  
 Cernis, ut averfos redeundo surgat in artûs ?

Humanas etiam species in parte videbis : 155  
 Nec mores distant. Pecudum pars atque ferarum  
 Ingenium facient. Et jam signanda sagaci  
 Singula sunt animo, propriâ quæ forte feruntur.  
 Nunc binis insiste : dabunt geminata potentes  
 Per socium effectûs : multum comes addit & aufert ; 160

*Illa fugit*] Illa turba, quæ vitæ voluptatibus mollibus dedita, has arduas res fugit ; hi enim aut nihil, aut parum curant scientiam,

BUTIRIGIS.

*blandos ad verba*] Verba, & soni æque blandientes.

*ut modico*] A labore fugit illa turba, quamvis sit modicus : ut proquamvis.

*per utrumque genus*] Per masculinum & fœmininum genus.

*Alternant genus*] Alternatim in cœlo locantur. Primò masculinum, deinde fœmininum, & sic alterno ordine, reliqua signa conspiciuntur.

*ut averfos*] Taurus non surgit rectus. Ob hanc causam dicitur in artûs surgere, hoc est, con-

globatus. Aversum autem dicit, quia reverà averfus surgit, non in faciem. Nam ejus posterior pars prior surgit, non caput. Quia igitur averfus, proptereâ fœmineum notat. SCALIGER.

*Nec mores distant*] Non descriptione aut ingenio differunt.

*Ingenium facient*] Indolem pars ferarum & mores repræsentabunt. Pars plurali numero hic jungitur, ut numerus multitudinis.

*propriâ quæ sorte*] Quæ proprii cujusdam aut peculiaris modi sunt.

*Nunc binis*] Signis biforibus.

*Per socium*] Nempe per socium signum.

Ambiguisque valent, quæis sunt collegia, fatis  
Ad meritum noxamque. Duos per sidera pisces,  
Et totidem geminos nudatis aspice membris.

His conjuncta manent alterno brachia nexu.

Diffimile est illis iter in contraria versis.

165

Par numerus ; sed enim dispar natura notanda est.

Atque hæc ex paribus toto gaudentia cælo

Signa manent : nihil exterius mirantur in ipsis,

Amissumve dolent. Quædam quoque parte recisâ,

Atque ex diverso commissis corpore membris ;

170

Ut Capricornus, & is qui tentum dirigit arcum

Junctus equo. Pars huic hominis sed nulla prioris.

Hoc quoque servandum est altâ discrimen in arte :

Distat enim geminâ duo sint, duplâve figurâ.

Quinetiam Erigone binis numeratur in astris

175

Nec facie ratio duplex. Nam definit æstas :

Incipit Autumnus mediâ sub virgine utrimque.

*Ambiguisque valent*] Plurimum, inquit, refert videre, ne ambiguarum in illis potestates nobis imponant : nam parium alia sunt se respicientia ut Gemini : alia averfantia, ut pisces. Alteri ad concordiam, alteri ad odium pollent.

SCALIGER.

*quæis sunt collegia*] Signa dicit, quæ sunt focia, aut gemina, quæ collegæ nuncupentur.

*nihil exterius*] Nihil quod ad aliud genus pertinet, aut ad unam formam non conducit.

*Junctus equo*] Sagittarius.

*Pars huic hominis*] Sed huic equo anterior hominis nulla pars est. Nam purus equus est, ut anterior pars purus homo.

SCALIGER.

Pars est hominis anterior huic equo : Sed priori, ut legunt alii, nimirum Capricorno, nulla pars est hominis, sed utraque ferina.

FAYUS.

Utrum mavult, accipiat lector.

*Distat enim*] Differentia inter biformem figuram disjunctam & biformem conjunctam ponitur.

*Nec facie ratio duplex*] *Facie pro faciei.* Manilius signum proponit, quod ratione tantum, ac non specie est duplex. Deinde ob eam causam cætera quoque signa subjicit, quæ præcedunt Tropicos, bina esse, ut scilicet species rationi congruat. BUTIRIGIS.

Idcirco Tropicis præcedunt omnibus astra  
 Bina, ut Lanigero, Chelis, Cancroque, Caproque,  
 Quòd duplices retinent connexo tempore vires. 180  
 Ut, quos subsequitur Cancer per fidera fratres,  
 Ex Geminis alter florentia tempora veris  
 Sufficit, æstatem fitientem provehit alter.  
 Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem :  
 Ille senescentis veris, subeuntis at ille 185  
 Æstatis pars est, primæ fors ultima partis.  
 Necnon Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso  
 Præmittit, duplici formatus imagine fertur.  
 Mitior Autumnus molles sibi vindicat artûs  
 Materiamque hominis : fera tergo membra rigentem 190  
 Excipiunt hyemem, mittuntque in tempora signum.

*Idcirco Tropicis*] Si signa, quæ Tropicos præcedunt, duplicis temporis connexi sint partes, tum priores cujusque signi gradus, partes sunt temporis desinentis : posteriores vero gradus, partes sunt temporis subeuntis. FAYUS.

*ut Lanigero*] Pisces, Gemini, Virgo, Sagittarius sunt signa quatuor biformia, quæ præcedunt signa Tropica : quæ sunt, Laniger, Chelæ, Cancer, Caper.

*primæ fors ultima*] Claudit enim & sequentem excipit. Id est, qui ex Geminis pars est ultima primæ partis, nimirum veris senescentis, is pars est subeuntis æstatis. SCALIGER.

*Necnon Arcitenens*] Sagittarius, quia præcedit Capricornum, dicitur Capricornum sub seipso præmittere, id est, post seipsum primum promovere et mittere.

FAYUS.

*Mitior Autumnus*] Sententia

loci est, cum Sagittarius signum fit duplex, Autumnum vindicare sibi partem mitiorem, id est, priorem aut superiorem, puta os humanum : posteriorem vero, id est, membra fera equi hyemem excipere a tergo humani oris.

BUTIRIGIS.

*mittuntque in tempora*] Tralatio a Prætoze, qui Circensibus signum mittendi currûs dat. Hic igitur, Manilius eleganter dixit, Capricornum venientis hyemis signum mittere, tanquam Prætozem quendam, qui signo dato currûs emittebat. SCALIGER.

*Capricorne*] Signa Biformia, ea præcedunt, quæ dicuntur Tropica. Ut Sagittarius præcedit Capricornum, sic Capricornus sub ipso aut post Arcitenentem, præcedit cætera bina signa. SCALIGER.

*In tempora*] In duo tempora diversa, in Hyemem & in Autumnum.

Quosque

Quosque Arias præ se mittit duo tempora Pisces  
 Bina ferunt : hiemem hic claudit, ver inchoat alter.  
 Cum Sol æquoreis revolans decurrit in astris,  
 Hiberni coeunt cum vernis roribus imbres :  
 Utraque fors humoris habet fluitantia signa.

195

Quin tria signa novem signis conjuncta repugnant,  
 Et quasi seditio cœlum tenet. Aspice Taurum  
 Clunibus, & Geminos pedibus, testudine Cancrum  
 Surgere, cum rectis oriantur cætera membris.  
 Nec mirere moras, cum Sol adversa per Astra  
 Æstivum tardis attellat mensibus annum.

200

Nec te prætereat, nocturna diurna que signa  
 Quæ sint, perspicere, & propriâ deducere lege,  
 Non tenebris aut luce suam peragentia sortem.  
 Omnia quæ certis vicibus per tempora fulgent,  
 Et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur :  
 Nam commune foret nullo discrimine nomen :  
 Sed quibus illa parens mundi natura sacratas

205

*Bina ferunt*] Duo tempora, unum hiemis, alterum veris.

*Cum Sol æquoreis*] In aquoso Piscium fidere.

*vernīs roribus*] Sub Piscium imperio sunt hiberni & verni imbres; qui hoc loco rores dicuntur, quoniam non tam violenti aut continui quam hiberni imbres. coire dicuntur; sicut utrique ab eodem signo mutuas qualitates deducunt, & ita invicem inter se conveniunt,

*tria signa*] Hæc tria signa novem aliis repugnare dicuntur, quod averfa exoriuntur: id est, a partibus posterioribus: cætera ab anterioribus.

*adversa per Astra*] Nimirum,

Taurus, Gemini, Cancer. Hæc intelligi debent de longiori dierum morâ quæ nobis contingit, dum Sol est in Cancro, hoc est, in mensibus æstivis. FAYUS.

*Nec te prætereat*] Non a luce, aut nocte, diurna & nocturna dicta sunt. Nam ita omnia signa nocturna & diurna essent: cum nullum signum fit, quod non aliquo tempore anni nunc noctu fulgeat, nunc interdiu vertatur.

SCALIGER.

*Sed quibus illa parens*] Fixas & perpetuas stationes habent signa nocturna & diurna, propter naturæ leges sacras. Hanc signorum differentiam memorat in versibus sequentibus Manilius.

Tem-

Temporis attribuit partes statione perenni. 210

Namque Sagittari signum, ravidique Leonis,

Et sua respiciens aurato vellere terga,

Nunc Pisces, nunc Cancer, & acri Scorpios ictu,

Aut vicina loco, divisa aut partibus æquis,

Omnia dicuntur simili sub forte diurna. 215

Cætera sex numero consortia, vel vice sedis,

Interjecta locis totidem, nocturna feruntur.

Quinetiam sex continuis dixere diurnas

Castris esse vices, quæ sunt a principe signo

Lanigeri; sex a Librâ nocturna videri. 220

Sunt quibus esse diurna placet, quæ mascula surgunt;

Fœminea in noctem tutis gaudere tenebris.

Quin nonnulla sibi, nullo monstrante, loquuntur

Neptuno debere genus, scopulosus ut undis

Cancer, & effuso gaudentes æquore Pisces. 225

Ut quæ terrenâ censentur fidera forte,

Princeps armenti Taurus, regnoque superbus

*Aut vicina loco*] Alternatim incedunt bina nocturna, & diurna, initio nocturnorum facta a Tauro, diurnorum vero a Piscibus. Bene igitur vicina loco dicuntur, quia bina incedunt; bene pariter *partibus æquis divisa*, quia alternis vicibus bina distant. FAYUS.

Aries Primus, interjectis Tauro, & Geminis, diversa sequuntur Cancer, & Leo, & sic de cæteris. Taurus & Gemini *vicina loco*, Cancer & Leo *divisa æquis partibus* ab Ariete. SCALIGER.

*Cætera sex*] Nempe, Taurus, Gemini, Virgo, Libra, Capricor-

nus, Aquarius; quæ nocturna sunt, vicinaque pariter loco, seu consortia vice sedis; & interjecta alternatim totidem locis, quot diurna. FAYUS.

*Quinetiam sex*] Aliud signorum genus; scilicet sex priora Zodiaci signa *diurna*, sex posteriora, *nocturna*. FAYUS.

*Castris*] *Castris* stativis, aut locis fixis, seu sedibus.

*sibi*] Pro seipsis loquuntur.

*effuso gaudentes æquore*] Ad Catasterismum Piscium alludit. Nam Pisces in aquâ, quæ ab urnâ Aquarii defluit, dicuntur natari.

SCALIGER.



Lanigeri gregis est Aries, hostisque duorum  
Prædatorque Leo, & dumofis Scorpius arvis.

Sunt etiam mediæ legis communia signa, 230  
Humida terrenis æquali fœdere mixta :  
Ambiguus terræ Capricornus, & æquoris undis,  
Parsque mari innitens fundentis semper Aquarî.

Non licet a minimis animum deflectere caufis :  
Nec quicquam rationis eget, frustræ creatum. 235  
Fœcundum est propriè Cancri genus, acer & ic̄tu  
Scorpius, & partu complentes æquora Pisces.  
Sed sterilis Virgo est, simili conjuncta Leoni :  
Nec capit, aut captos effundit Aquarius ortûs.  
Inter utrumque manet Capricornus corpore mixto ; 240  
Et qui contento fulget Centaurus in arcu :  
Communisque Aries æquantem tempora Libram,  
Et Geminos, Taurumque pari sub forte recenset.

Nec tu nulla putes in eo commenta notâsse  
Naturam rerum, quòd sunt currentia quædam, 245

*mediæ legis*] Signa, quæ, ut dicam, sunt generis communis, a quam æquè ac terram participantia.

*Parsque mari innitens*] Nam dimidiatus alvo tenus pingitur.

SCALIGER.

*Fœcundum est*] Ova quina excludunt, ut ait Plinius, lib. 9. c. 31.

*simili conjuncta*] Semel edit partum. Aristoteles tradit lænam parere primo fœtu quinque catulos: ac per singulos annos uno minus; ab uno sterilefcere. Plin. lib. 8. c. 16.

*Inter utrumque manet*] Partim fœcundum, partim sterile est signum Capricornus. FAYUS.

*Communisque Aries*] Et sterilitatis & fœcunditatis communionem Aries sortitur.

*Nec tu nulla putes*] Lectorem monet Manilius, ne putet, in his signis variè dispositis rerum naturam non inesse aut manifestari; seu, nullas adumbrationes proposuisse naturam, ob hanc causam in eo, quoniam quædam signa sunt currentia, &c.

*notâsse*] Id est, pronunciavisse, perinde edidisse ac si loqueretur.

BUTIRIGIS.

Ut

Ut Leo & Arcitenens, Ariesque in cornua tortus.  
 Aut quæ recta suis librantur stantia membris,  
 Ut Virgo & Gemini, fundens & Aquarius undas.  
 Aut quæ fessa sedent, pigras referencia mentes ;  
 Taurus depositis collo sopitus aratri, 250  
 Libra sub emerito confidens orbe laborum,  
 Tuque, O Capricorne, gelu contractus in arctum.  
 Contrà instat Cancer patulam distentus in alvum,  
 Scorpius incumbens plano sub corpore terræ,  
 In latus obliqui Pisces, semperque jacentes. 255

Quòd si solerti circumspicis omnia curâ,  
 Fraudata invenies amissis fidera membris.  
 Scorpius in Librà consumit brachia. Taurus  
 Succidit incurvo claudus pede. Lumina Cancro  
 Defunt. Centauro superest, & quæritur unum. 260  
 Sic nostros casûs solatur mundus in astris,  
 Exemploque docet patienter damna subire ;  
 Omnis cum cœlo fortunæ pendeat ordo,  
 Ipsaque debilibus formentur fidera membris.

*Libra sub emerito*] Sub penso aut circuitu laboris confecto. Quasi Libra in cœlis functa labore librandi jam fessa quiescat, aut confidat. Emeritus enim labor dicitur opus perfectum. FAYUS.

*contractus in arctum*] In arctos limites, quia reverà contractus pingitur.

*incumbens Scorpius*] Incumbens terræ. *plano sub corpore*, quæ terra est sub ejus corpore prostrato.

*consumit brachia*] Chelæ Scorpii intra Libram celantur, unde

Chelæ pro Librà, ut multis locis apud hunc auctorem. SCALIGER.

*claudus pede*] Scilicet non solum caret posterioribus Taurus, sed & quasi lasso poplite procumbit. FAYUS.

*Lumina Cancro*] Quâ parte oculos habet hoc animal in terris, in eâ nullæ stellæ lucent in cœlo, sed quasi cæcum est. FAYUS.

*quæritur unum*] Quoniam hoc signum vultu dimidiato tantum splendet.

Temporibus quoque sunt propriis pollentia signa. 265  
 Æstas a Geminis, Autumnus Virgine surgit,  
 Bruma Sagittifero, ver Piscibus incipit esse.  
 Quatuor in partes tribuuntur sidera terna ;  
 Hiberna æstivis, autumnis verna repugnant.  
 Nec satis est proprias signorum noscere formas. 270  
 Consensu quoque fata movent, & fœdere gaudent,  
 Atque aliis aliæ succedunt forte locoque.  
 Circulus ut dextro signorum clauditur orbe,  
 In tres æquales discurret linea ductûs,  
 Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa : 275  
 Et quæcunque ferit, dicuntur signa Trigona,  
 In tria partitus quòd ter cadit Angulus astra,  
 Quæ divisa manent ternis distantia signis.  
 Laniger è paribus spatiis duo signa, Leonis,  
 Atque Sagittari, diverso conspicit ortu. 280  
 Virginis & Tauri Capricorno consonat astrum.  
 Cætera sunt simili ratione triangula signa,

*Æstas a Geminis]* Incipit æstas a Cancro, qui post Geminis surgit.

*tribuuntur]* Id est, describuntur.

*repugnant]* Non viribus, sed situ. Nam iuicem e regione sibi adversâ conspiciuntur in Zodiaco.

FAYUS.

*Consensu quoque fata]* Nempe Signa movent fata, aut fati leges promovent.

*aliis aliæ]* Aliæ formæ, ut supra.

*Circulus ut dextro]* Hæc ita accipienda sunt. Quandocunque circulus ad normam ducitur, *orbe dextro*, seu orbe æqualiter ducto, linea in tres intra circulum partes descripta, efficiet triangulum, adeo ut quæ signa hæc linea in extre-

mis partibus tangit vocantur *Signa Trigona*, quia triangulari positione distinguuntur. Ita ob hanc triangularem positionem inter duo signa ordine continenti erunt tria signa, *ternis distantia signis*: nempe inter Arietem & Leonem erunt Taurus, Gemini, Cancer; inter Leonem & Sagittarium, Virgo, Libra, Scorpius; inter Sagittarium & Arietem, Capricornus, Aquarius, Pisces. Idem de cæteris Trigonis.

*diverso ortu]* Primum Trigonum Aries, Leo, & Sagittarius constituunt. Aries Leonem & Sagittarium aspicit in variis eorum exortibus.

*Virginis & Tauri]* Virgo, Taurus, Capricornus, secundum Trigonum efficiunt.

Per

Per totidem partes, quæ tot sunt condita mundo.

Sed discrimen erit dextris, seu causa : sinistra  
 Quæ subeunt : quæ præcedunt, dextra esse feruntur. 285  
 Dexter erit Tauro Capricornus : Virgo sinistra.  
 Hoc satis exemplo est. At quæ diversa quaternis  
 Partibus, æquali laterum sunt condita ductu,  
 Quorum designat normalis virgula fedes  
 Dextra ferunt. Libram Capricornus spectat, & illum 290  
 Conspicit hinc Aries, atque ipsum partibus æquis  
 Cancer, & hunc lævâ subeuntis sidera Libræ :  
 Semper enim dextris censentur signa priora.  
 Sic licet in totidem partes deducere cuncta,  
 Ternaque bis senis quadrata effingere signis, 295  
 Quorum proposito reddentur in ordine vires.  
 Sed si quis contentus erit numerâsse quadrata,

Divi-

*Per totidem partes*] Quamvis mutila est, tamen obscura non est sententia. Neque aliter potuit Manilius scribere: Hoc est, ad explendum latus Trigoni per totidem partes, totidem signa assumito, Geminos, Libram & Aquarium. *Condita mundo*, cælo locata.

SCALIGER.

*Sed discrimen erit*] Inter signa ea, quæ ad dextram præcedunt, & ea quæ ad sinistram sequuntur, diversitas erit & rationis repugnantia, utraque enim sub diverso regimine tenentur.

*diversa quaternis*] Docet Poeta, quæ signa sint Tetragona, seu Quadrangula. In Primo Tetragono est Aries, Cancer, Libra, Capricornus. FAYUS.

*normalis virgula*] Normalis linea, hoc est, linea recta.

SCALIGER.

Linea illa, quæ ad angulos rec-

tos utrinque cadens, quadratum efficit. Quæ ejusmodi linea signa tanget ad singulos angulos, ea quadrata dicuntur, & quadratum unum signorum efficient. FAYUS.

*Semper enim*] Signa priora accensentur dextris, aut censentur dextra. BUTIRIGIS.

*Sic licet in totidem*] Hoc inquit, modo licebit cætera Tetragona efficere, ternis signis latus absolvendo. Nam XII per IIII divisa efficiunt III. SCALIGER.

*Terna quadrata*] Id est tres partes unicuique Tetragoni lateri, quæ duodecim in toto constituent.

*proposito ordine*] Ordine priùs exposito.

*Sed si quis contentus*] Ritè cavendum est, ne in Trigono efficiendo latera quæque extendantur intervallis quinque signorum; quatuor

Divisum ut signis mundum putet esse quaternis,  
 Aut tria sub quinis signis formare Trigonum,  
 Ut socias vires & amicos exigat ortus, 300  
 Fœderaque inveniatur mundi cognata per astra,  
 Falsus erit. Nam quina licet sint undique signa,  
 Qui tamen ex signis, quæ quinto quoque feruntur  
 Astra loco, fuerint nati, sentire Trigoni  
 Non poterunt vires : licet illud nomine fervent : 305  
 Amisere loco dotes, numerisque repugnant.  
 Nam cum sint partes orbis per signa trecentæ,  
 Et ter vicenæ, quas Phœbi circuit ardor ;  
 Tertia pars ejus numeri latus efficit unum  
 In tres perducti partes per signa Trigoni. 310  
 Hanc autem numeri non reddit linea summam,  
 Si signum à signo, non pars a parte notetur.  
 Si tamen extremum lævi, primumque prioris

quatuor enim tantum signis ad-  
 æquari debent. Si quis hâc fal-  
 laci ratione Trigonum instrueret,  
 turpiter falleretur, dum inde sub  
 hoc Trigono nascentibus futura  
 prædiceret. Neque nati tunc  
 homines Trigoni veri proprias do-  
 tes sentirent. Alius quippe sig-  
 norum numerus, aliave fors ac  
 sedes alios reddunt aspectus, alias-  
 ve vires ac dotes. FAYUS.

Tria signa in Tetragoni utroque  
 latere, & quatuor in trigoni.

*Aut tria sub quinis]* Hoc est,  
 malè quinque signa utrique lateri  
 assignat, cum revera quatuor tan-  
 tum admittat.

*Qui tamen ex signis]* Non sta-  
 tim sequitur, ut Trigoni vim sen-  
 tire possit, qui in signo angulari  
 natus est. Quia enim Figurationes  
 partitè constituendæ sunt, si a xv  
 parte Capricorni ad xv Tauri

linea ducatur, & fiat Trigoni la-  
 tus ; sanè qui secundâ parte Tauri  
 nascetur, non poterit Trigoni vi-  
 res sentire. Nam ita XIII primæ  
 partes a Trigono excluduntur.

SCALIGER.  
*dotes, numerisque]* Dotes, bo-  
 nam fortunam. Numeris, quos  
 Trigonum postulat.

*Tertia pars]* Nimirum 120  
 grad. qui tertia pars sunt grad.  
 360, quos continet Zodiacus.

FAYUS.  
*Hanc autem numeri]* Hanc  
 summam 120 non reddit latus,  
 siquidem per signa, non per gra-  
 dus numeras. SCALIGER.

*extremum lævi]* a finistrâ se-  
 quentis, nempe angularis ; summa  
 tum fiet 150 grad. quæ excedit  
 veram lateris cujusque in Trigono  
 mensuram. FAYUS.

Inter se conferre voles, numerumque notare,  
 Ter quinquagenas implebunt ordine partes. 315  
 Tranfubit numerus formam, finesque sequentis  
 Consumet ductus. Licet ergo signa Trigona  
 Dicantur, partes non servant illa Trigonas.  
 Hæc eadem species fallet per signa quadrata :  
 Quod cum totius numeri, qui construit orbem, 320  
 Ter triginta quadrum partes per fidera reddant,  
 Evenit ut, primâ signi de parte prioris  
 Si partem ad summam ducatur virga sequentis,  
 Bis sexagenas faciat. Si summa prioris  
 Et pars confertur subjuncti prima, duorum 325  
 Signorum medium numerum tranfitque refertque :  
 Quòd quamvis duo sint hæc a dirimentibus astra,  
 Triginta hæc duplicat partes, pars tertia deerit ;  
 Et quamvis quartum à quarto quis computet astrum,

*ductus*] Lineæ alterius sequentis terminos delebit, seu supputatio lateris sequentis principia consumet, triginta enim illi auferet. SCALIGER.

*Hæc eadem species*] Idem quoque fallere potest in Tetragono. Quamvis enim IIII signa in latus includas, tamen nisi partitè 90 partes tantum acceperis, operam luseris. SCALIGER.

*quadrum*] Non totum quadrum, sed singula quadri latera.

FAYUS.

*Evenit ut*] Prius signum est dexter angulus. Si a principio Capricorni ad finem Arietis lineam duxeris, quatuor quidem signa in latus includeris: sed tamen quadrati lege non erit. Latus enim quadrati est xc partium. Hic vero excessus est summa.

SCALIGER.

*refertque*] Dat, aut reddit.

*Triginta hæc duplicat*] Hæc summa. Partes tantum LX, tertia pars 30 deerit; quæ partes junctæ faciunt 90; latus quoque quadrati partibus 90 constat.

*medium numerum*] Id est, summam graduum illorum duorum signorum, quæ media sunt inter primum & sequens. FAYUS.

*medium numerum*] Duobus mediis signis interceptis numerum pars tranfit, & tantum numerum refert eorum, non autem lateraliu. SCALIGER.

*a dirimentibus*] dirimentia, primum & sequens signum. In Triangulo Arietis, Leonis, & Sagittarii, in primo latere dextro, hæc duo signa, Aries & Sagittarius sunt a dirimentibus, dirimunt latus a latere, nec ipsa includuntur, sed includunt. FAYUS.

Naufragium facient partes unius in ipsis.

330

Non igitur fatis est signis numerasse Trigona :

Quadrative fidem, cœli per signa quaterna.

Quadrati si forte voles effingere formam,

Aut trinis paribus facies cùm membra Trigoni ;

Hic poscit quintam partem centesima summa,

335

Illic amittit decimam. Sic convenit ordo.

Et queiscunque quater junctis favet angulus usque,

Quæque loca in triplici signarit linea ductu,

Cùm signata viæ linquet dispendia rectæ,

His natura dedit communi fœdere legem,

340

Inque vicem affectûs, & mutua jura favoris.

Quocirca non omnis habet genitura Trigonis

*Et quamvis quartum*] Si quis signum quartum a quarto computet, ut latera quadrati habeat, is fallitur, nisi partes unius signi in seipsis quasi absorbeat, nec eas prætereat.

Aliàs enim quatuor signa cuique lateri adscriberet, quæ forma falsa esset. FAYUS.

*Non igitur fatis*] Concludit Poeta, latera quæque Trigoni constare debere ex 120 grad. latera vero Tetragoni ex grad. 90.

FAYUS.

*centesima summa*] In Trigoni sinitione, centesima summa poscit quintam partem. Fiunt cxx. In Tetragono, centesima summa amittit decimam. Consunt xc. Nam centesimæ summæ quinta pars xx, decima x. SCALIGER.

*quater junctis*] In Tetragonis.

*in triplici*] In Trigonis.

*dispendia rectæ*] Cum a rectâ lineâ deflectit, & in obliquum flectitur, ut in Trigonis & Quadratis.

FAYUS.

Quare vero dispendia? cum recta linea, ut recte sentit Bentle-

jus, est curvâ brevior. Ergo ait Bentlejus, corrige & infere *compendia*. Videndum est, quod Manilius de viâ loquitur, a rectâ lineâ formatâ : nunc inter rectas lineas via latior, inter curvas angustior; quapropter viam aut spatium inter tales rectas vocat *dispendium* quoniam via extenditur. Linea ergo linquit dispendia viæ rectæ, aut spatia lata entrinsecus signata, quando ad punctum convergit & angulum format. Ita in Angulo e. g. inter duas lineas aut crura extensa, via lata est, aut est *dispendium*; & hoc dispendium fit minus & minus quo propius progreditur figuratio linearis ad punctum; quo fit *compendium*. Hanc esse Manilii mentem, fide meâ fatis detur: & hoc obvium Bentleio fuisset, si excursionibus ejus præproperis in re literariâ fræna injecisset.

*Quocirca non omnis*] Hoc dicit. In omni geniturâ non esse statim Trigona, aut Tetragona ex numero signorum, nisi statim & partes justæ accedant. SCALIGER.

Consensum

Consensum signis. Nec cum sint forte quadratâ,  
 Continuò inter se servant commercia rerum.  
 Distat enim, an partes consumat linea justas, 345  
 Detrahetve modum numeri, quem circulus ambit ;  
 Nunc tres efficiat, nunc quatuor undique ductûs,  
 Quos in plura jubet ratio procedere signa  
 Interdum, quam sint numeris memorata per orbem.  
 Sed longè major vis est per signa Trigoni, 350  
 Quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratus.  
 Altior est horum summoto linea templo :  
 Illa magis vicina meat, cœloque recedit,  
 Et propiùs terris accedit visus eorum,  
 Aeraque infectum nostras demittit ad auras. 355

Tertia convexo conduntur signa recessu,  
 Deviaque alternis data sunt commercia signis ;  
 Mutua nec magno consensu fœdera servant,  
 Invita angusto quòd linea flectitur orbe.  
 Nam cùm per calles formantur singula limos 360  
 Sidera, & alterno divertitur angulus astro,  
 Sexque per anfractûs curvatur virgula in orbem,

*circulus*] Zodiaci.  
*per orbem*] Per Zodiacum.  
*sub quarto quoque*] Signo.  
 Longè major vis Trigoni, quam  
 Tetragoni.  
*horum*] Quadratorum.  
*tempio*] Arcu suo longè re-  
 moto. Arcu cœlorum, seu parte  
 illâ Zodiaci, sub quâ linea qua-  
 dratorum ducitur. FAYUS.  
*eorum*] Trigonorum.  
*infectum*] Aera eorum quali-  
 tatibus imbutum.  
*Tertia convexo*] Hexagonos  
 Signorum Aspectus describit.

*Deviaque alternis*] Devia vo-  
 cāt, quia eorum subtensa a nobis  
 remotissima. Ideo obliquus eo-  
 rum aspectus, ac minimus inter  
 se consensus. Alterna, quia alterna  
 singula binis interjiciuntur.  
 SCALIGER.  
*Invita angusto*] Linea quasi  
 nolens per angustum arcum in  
 Zodiaco recurvatur. FAYUS.  
*Sidera*] Signa.  
*angulus*] Angulus lineæ.  
*virgula*] Linea per circulum  
 per sex curvaturas inflectitur.  
 FAYUS.



A Tauro venit in Cancrum : tum Virgine tactâ  
 Scorpion ingreditur, quo te, Capricorne, rigentem,  
 Et geminos a te Pisces, aduersaque Tauro 365  
 Sidera contingens finit, quâ cœperat, orbem.  
 Alterius ductûs locus est per transita signa :  
 Utque ea præteream, quæ sunt mihi singula dicta,  
 Flexibus hic totidem similis fit circulus illi.  
 Transversos igitur fugiunt subeuntia visûs, 370  
 Quòd nimis inclinant, quòd nè limisque videntur,  
 Vicinoque latent. Ex recto certior ictus.  
 At quæ succedit connexa est linea cœlo,  
 Singula circuitu quæ tantum transeat astra.  
 Vis ejus procul est, altoque vagatur Olympo, 375  
 Et tenues vires ex longo mittit in orbem.  
 Sed tamen est illis fœdus sub lege propinquâ,

*quâ cœperat*] Quâ parte.

*Alterius ductûs*] Primi nempe Hexagoni, cujus ductus, seu linea, est per transita signa, id est, per sex alia signa intacta à ductu secundi Hexagoni, nimirum per Arietem, Geminos, Leonem, Libram, Sigittarium, & Aquarium. Secundi enim Hexagoni signa in exemplo priore protulit Manilius.

FAYUS.

*Flexibus hic totidem*] Primi Hexagoni linea, seu ductus posterior, imitans ductum secundi Hexagoni, totidem curvaturis producit circulum æqualem circulo Hexagoni secundi.

*Transversos visus*] E regione non videntur.

*subeuntia*] Priora signa quæ sequuntur.

*Vicinoque latent*] Signo vicino. Non a signo vicino videntur.

*Ex recto certior*] Ut in Trigono normalis rectior, & proximè a Trigono in Tetragono. In Hexagono vero lima & obliqua.

SCALIGER.

*ictus*] Effectus.

*At quæ succedit*] Sequitur de iis, quæ ab omni commercio abhorrent, & quæ non videntur, signis narratio. Ea sunt quæ nullam configurationem facere possunt.

SCALIGER.

*quæ tantum transeat*] *Transeat* & *transmeat* semper Manilius solet de lineâ dicere, quæ a signo ad signum ducitur. *Idem.*

*Vis ejus procul est*] Signa singularia nullum effectum habent, quia nullam habitudinem. Si nulla habitudo est, ergo nulla conjunctio. Inefficacia vocat Firmicus, quæ signis solis dividuntur. SCALIGER.

Quod

Quod non diversum est genus, & quòd euntibus astris,  
 Mascula sex maribus respondent: cætera sexûs  
 Fœminei secum jungunt commercia mundi. 380  
 Sic, quanquam alternis, paret natura figuris,  
 Et cognata jacent generis sub legibus astra.

Jam vero nulla est hærentibus addita signis  
 Gratia; nam consensus hebet, quia visus ademptus.  
 In se cuncta ferunt animos quæ cernere possunt. 385

Sunt & diversi generis connexa per orbem  
 Mascula fœmineis, semperque obsessâ vicissim.  
 Disparibus non ulla datur concordia signis.

Sexta quoque in nullas numerantur commoda vires,  
 Virgula per totum quòd par non ducitur orbem: 390  
 Sed

*Quod non diversum est]* Quæ ratio non est diversa a signis suo ordine incedentibus. Nam alternis genus variant, ut supra dixit.

*Idem.*  
*commercium mundi]* Ordinem in cœlesti sphaerâ statutum. Fœminea cum fœmineis connectuntur.

*generis]* Id est, sexûs.

*Jam vero nulla est]* Aliud genus signorum explicatur, quæ quidem Firmico *conjuncta*: Ptolemæo, *inconjuncta*: Manilio hærentia dicuntur. *Conjuncta*, quia sibi contigua sunt: *inconjuncta*, quia nullâ inter se amicitia junguntur: *Hærentia*, quia sibi adhærent. V. Aries & Taurus, Taurus & Gemini, Gemini & Cancer, &c. FAYUS.

*Gratia]* Nulla aspectûs dignitas.

*visus ademptus]* Attentionem adimunt, neque se aspicienda præ-

bent; quia nulla linea in oculos nostros incidit. SCALIGER.

*In se cuncta]* Neque enim signa conjuncta nisi in seipsa animos convertunt. v. g. Aries & Taurus non in se mutuo mentes conferunt, sed Aries in seipsum, Taurusque in seipsum; quia ita contigua sunt ut se mutuo videre non possunt.

FAYUS.  
*quæ cernere]* Scilicet seipsa tantum cernere possunt, aut in seipsa ferunt animos, quæ, viz. seipsa cernere possunt.

*Sunt & diversi generis]* Singula signa, de quibus paulo ante proposuerat, nullum consensum habent, quia dissimilis genituræ possunt accipi per diversum sexum. Alternis enim masculina sunt, alternis fœminina. SCALIGER.

*Sexta quoque]* Quoniam linea non est per totum circulum æqualis, eò fit, ut signa non sint ullius

Sed duo signa facit mediis summtota quaternis :  
Tertius absumpto ductus non sufficit orbe.

At quæ diversis ex partibus astra refulgent,  
Per medium adverso mundum pendentia vultu,  
Et toto divisa manent contraria cœlo.

395

Septima quæque, loco quamvis submota feruntur,  
Ex longo tamen illa manent, viresque ministrant  
Vel bello vel pace suas, ut tempora poscunt,  
Nunc Phœbo, stellis nunc & dictantibus iras.

Quòd si forte libet, quæ sint contraria, signa  
Per titulos celebrare suos fedesque ; memento  
Solstitium brumæ, Capricornum opponere Cancro,  
Lanigerum Libræ : par nox in utroque diesque :

400

lius momenti, quæ sexta dicuntur.  
Si linea ducta sit ab Ariete ad Vir-  
ginem, inde ab eodem ad Scorpio-  
nem, hæc duo signa, Virgo, &  
Scorpius, sunt ab Ariete sexta.

FAYUS.

*Sed duo signa facit*] Duo signa  
Angularia, Virginem & Scorpio-  
nem. A fine Virginis ad princi-  
pium Arietis ducta linea quatuor  
signa includit duobus signis late-  
ralibus. SCALIGER.

*Tertius absumpto*] Orbe Zo-  
diaci. *Facit*, in lineâ priore, pro  
*facit esse summtota*. Quanquam  
non omnino absumitur per duos  
priores æquales ductus, sed unum  
tantum superest signum, quod in  
tertio ductu foret intermedium,  
cùm in utroque priore quatuor sint  
intermedia. FAYUS.

*At quæ diversis*] Aliud signo-  
rum genus, quod est oppositorum.  
Opposita autem dicuntur, ratione  
loci, quippe quæ toto cœlo a se  
divisa pendent. FAYUS.

*Septima quæque loco*] A sep-  
timo Zodio, quod est contrarium,  
plenissimus, potentissimusque af-  
pectus. SCALIGER.

Quamvis longe remota signa  
septima, tamen vires administrant,  
& manent eorum effectus.

*illa manent*] Nonnullæ editio-  
nes *valent*.

Melius forsitan, prout sensus ma-  
gis obvius.

Attamen *manent* eundem sen-  
sum comprehendit.

*stellis nunc*] Errantibus scili-  
cet, id est, Planetis ; quorum  
alii benignâ, alii malignâ sunt  
naturâ. FAYUS.

*Solstitium brumæ*] Per hanc  
vocem intelligitur Solstitium *æsti-  
vum*, & per vocem *brumæ* solsti-  
tium *Hyemale*. FAYUS.

*par nox*] Dies noctibus, & noc-  
tes diebus æquales sunt in utro-  
que Æquinoctio.

Pisces.

Piscibus Erigonen : juvenique urnæque Leonem :  
 Scorpius è summo cum fulget, Taurus in imo est : 405  
 Et cadit Arcitenens, Geminis orientibus orbi.  
 Observant inter sese contraria cursûs.  
 Sed quanquam adversis fulgent contraria signis,  
 Naturâ tamen interdum sociata feruntur,  
 Et genere. Exemplis concordia mutua surgit, 410  
 Mascula si paribus, vel si diversa fuorum  
 Respondent generi. Pisces, & Virginis astrum  
 Adversi volitant, sed amant communia jura,  
 Et vincit natura locum : sed vincitur ipsa  
 Temporibus ; Cancerque tibi, Capricorne, repugnat, 415  
 Fœmina fœmineo, quia brumæ diffidet æstas.  
 Hinc rigor & glacies, nivibusque albentia rura :  
 Hinc fitis & fudor, nudusque in collibus orbis,  
 Æstivosque dies æquat nox frigida brumæ.  
 Sic bellum natura gerit, discordat & annus. 420  
 Nè mirere in eâ pugnancia fidera parte.

*juvenique urnæque*] Aquario. Quod signum constat puero Ganymede & Amphorâ. *Idem.*

*orbi*] Nempe terrarum. Id est, terris. Rarus hujusce vocis usus in hoc sensu.

*cursûs*] Id est, *motûs*.

*Naturâ tamen*] Antea naturam duplicem in signis esse dixisset ; signa quædam masculina, & quædam fœminea.

*Et genere*] Sexu.

*Exemplis concordia*] Moribus concordant, sive ratione progressionum, cum maribus mares opponuntur, aut fœmineis fœminæ.

*Et vincit natura locum*] Utrumque enim signum fœmininum, locus vero contrarius. Nam ad-

versa sunt. Loco igitur pugnant, sed naturâ & sexu conveniunt. Natura igitur locum vincit.

SCALIGER.

*sed vincitur ipsa*] Conveniunt sexu, sed tempore dissident. Nam Pisces hyemale signum, Virgo autumnale, vel si mavis, æstivale.

*Idem.*

In Cancro & Capricorno oritur repugnancia. Anni enim hæc duo signa diversas & contrarias tempestates præfiniunt.

*nudusque in collibus*] Propter ariditatem ex solis æstu proveniente, colles nudati: Solis enim calor gramen exurit, & ita eos vestitu spoliât.

At non Lanigeri signum Libræque repugnat  
 In totum, quia ver autumnii tempore differt.  
 Fructibus hic implet maturis, floribus illud :  
 Sed ratione pares, æquali nocte diebus, 425  
 Temporaque efficiunt simili concordia textu,  
 Permixtosque dies, mediis hyemem inter & æstum  
 Articulis, uno servant in tempore utrinque,  
 Quò, minus infesto, decertent sidera cælo.  
 Talis erit ratio diversis addita signis. 430

His animadversis rebus, quæ proxima cura,  
 Noscere tutelas, adjectaque numina signis,  
 Et quæ cuique Deo rerum natura dicavit,  
 Cùm divina dedit magnis virtutibus ora,  
 Condidit & varias sacro sub nomine vires, 435  
 Pondus uti rebus persona imponere posset.  
 Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,  
 Formosos Phæbus Geminos : Cyllenie Cancrum,  
 Jupiter & cum matre Deùm regis ipse Leonem.  
 Spiciferæ est Virgo Cereris, fabricataque Libra 440  
 Vulcani : pugna Mavortii Scorpius hæret :  
 Venantem Diana virum, sed partis equinæ ;  
 Atque angusta fovet Capricorni sidera Vesta :  
 E Jovis adverso Junonis Aquarius astrum est ;  
 Agnoscitque suos Neptunus in æthere Pisces. 445

*At non Lanigeri]* Aries & Li-  
 bra sexu conveniunt, sed tempe-  
 statibus differunt. SCALIGER.

*Articulis]* Duobus æquinoctiis ;  
 his enim, quasi nodis aut articu-  
 lis, hyems & æstas connectuntur,  
 mediæ inter utrumque æquinoc-  
 tium. FAYUS.

*Quo minus]* Ut cælo, minus  
 infesto, sidera mutuam oppositio-  
 nem faciant.

*quæ cuique]* Quæ signa.

*magnis virtutibus]* Magnis  
 Numinibus. Romæ virtutes con-  
 fecratæ & vitia.

*venantem Diana virum]* Sagit-  
 tarium. Arcum manibus tendit :  
 hinc ipsi Dianam venatricem domi-  
 nari dicitur. FAYUS.

*angusta fovet]* Contractum  
 Capricorni signum, seu fidus ; sic  
 angusta sidera vocat Manilius.

*Jovis adverso]* Aquarius adver-  
 sus Leoni, quod Jovis astrum est.

Hinc

Hinc quoque magna tibi venient momenta futuri.  
 Cum ratio tua per stellas & sidera curret,  
 Argumenta petes ex omni parte viasque  
 Artis, ut ingenio Divina potentia surgat,  
 Exæquentque fidem cœli mortalia corda. 450

Accipe divisas hominis per sidera partes,  
 Singulaque in propriis parentia membra figuris,  
 In quæis præcipuas toto de corpore vires  
 Exercent. Aries caput est ante omnia princeps  
 Sortitus, censûsque sui pulcherrima colla 455  
 Taurus; & in Geminis æquali brachia forte  
 Scribuntur connexa humeris: pectusque locatum  
 Sub Cancro est; laterum regnum scapulæque Leonis;  
 Virginis in propriam descendunt ilia fortem:  
 Libra regit clunes: & Scorpius inguine gaudet; 460  
 Centauro femora accedunt: Capricornus utrisque,

*Argumenta petes*] Petes argumenta & vias artis Astrologicæ, ut opera Deorum in cœlo tuum ingenium scientiâ locupletent; & ut mortales veritatem divinam intelligant, quod idem est ac, æquare fidem cœli. Aut, alio sensu, ut mortales præsidium cœli, aut Deorum mereantur, propter animi dotes scientiâ cœlesti. Utrum horum mavult accipiat lector. Ad Augustum est apostrophe adulatoria. Et Bentleyus & alii interpretes non Junonem, sed nubem amplectuntur, quando hunc versum illustrare conantur. *Ingenio divina potentia surgit* quandocunque divinam potentiam mens hominis sentit & veneratur.

*Accipe divisas*] In membra ho-

minum singula, aut divisas partes, unumquodque signum jus habet. Hæc eadem deliratio Astrologica usque ad nostra tempora deducitur, ut constat in nostris Ephemeridibus.

*parentia membra figuris*] Sub signo proprio membrum corporis singulum disponitur. *In propriis figuris* pro *sub propriis signorum aspectibus*.

*In quæis*] In quibus partibus signa vires suas exercent. *Toto de corpore*, per totum corpus.

*censûsque sui*] Colla sunt Tauri census: hoc est ex iis, quæ ad Taurum pertinent. Collo enim arat. SCALIGER.

*Scribuntur*] Constituuntur.

Imperat in genibus : crurum fundentis Aquari  
 Arbitrium est ; Piscesque pedum sibi jura reposcunt.  
 Quinetiam propriis inter se legibus astra  
 Conveniunt, ut certa gerant commercia rerum ; 465  
 Inque vicem præstant visûs, atque auribus hærent,  
 Aut odium fœdusve gerunt : conversaque quædam  
 In semet proprio ducuntur plena favore.  
 Idcirco adversis nonnunquam est gratia signis,  
 Et bellum sociata gerunt, alienaque sede 470  
 Inter se generant conjunctos omne per ævum,  
 Utrique aut forti pugnant, fugiuntque vicissim.  
 Sic Deus in leges mundum cum conderet omnem,  
 Affectûs quoque divisit variantibus astris,  
 Atque aliorum oculos, aliorum contulit aures ; 475  
 Junxit amicitias horum sub fœdere certo,  
 Cernere ut inter se possent audireque ; quædam  
 Diligerent, alia & noxas bellumque moverent :  
 His etiam propriæ foret indulgentia fortis,  
 Ut se diligerent semper, sibi que ipsa placerent. 480  
 Sicut naturas hominum plerasque videmus,

*ut certa gerant commercia]* Nempe ut certæ communionem inter signa & res humanas fanciantur, a quibus imperium istud emanat, quod signa super res humanas exercent.

*præstant visus]* Hic Astrologica illa deliratio palam furores concipit. Et vident, & audiunt, & sentiunt signa cœlestia. Cur non etiam gustum, & tactum, & odoratum sortiuntur? Ratio æquæ valet ; ut res nunc sunt, animalia sunt imperfecta.

*plena favore]* Mutuus amor & mutua indulgentia inter sese promoventur.

*Idcirco adversis]* Comitas mutua inter signa contraria & adversa feritur. Inter concordantia bellum oritur, & inter loco diversa amica societas conspicitur, è quâ homines amicitiam conjuncti pendunt.

*Utrique aut forti]* Sorti utrique generis & loci. Namque licet naturâ ac sexu familia signa sibi bellum gerant, aliquando tamen non pugnant, sed amicitiam cedunt, & generis forti: pariter licet loco opposita signa generant homines amicitiam conjunctos ; aliquando tamen in hoc non pugnant, sed & inimicos generant. FAYUS.

Qui

Qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.

Confilium ipse suum est Aries, ut principe dignum est ;  
 Audit se, Libramque videt ; frustratur amando  
 Taurum, Lanigero qui fraudem neſtit, & ultra 485  
 Fulgentes videt, atque audit per sidera Pisces.  
 Virgine amans capitur. Sic quondam geſſerat antè  
 Europam dorſo retinentem cornua lævâ,  
 Indutusque Jovem. Geminorum ducitur auris  
 Ad juvenem æternas fundentem Piscibus undas : 490  
 Inque ipſos animus Pisces, oculique Leonem.  
 Cancer, & adverſo Capricornus conditus aſtro,  
 In ſemet vertunt oculos ; in mutua tendunt  
 Auribus : at Cancrì captatur Aquarius aſtro.  
 Et Leo cum Geminis aciem conjungit, & aures 495  
 Centauro geminas ; Capricorni diligit aſtrum.  
 Erigone Taurum ſpectat, ſed Scorpion audit,  
 Atque Sagittifero conatur neſtere fraudem.

*ortus*] Homines, ſit Manilius, naturas habent ab aſtris formatas ; nam ſecundum Aſtologia n veterum, unusquiſque mortalis ſub ſigno proprio in lucem prodit.

*Confilium ipſe ſuum*] Sibi Aries conſulit.

*Audit ſe*] Quasi fiat quædam ſigna, ſeſe intuentia. In Diagrammate Maniliano *audientium*, ſubtenſa a Tauro ad Pisces ducitur, cujus ſubtenſæ arcus ſumma apſis Arietem includit. Aries igitur utrinque lateronibus Tauro & Piscibus ſtipatus, neminem audit, niſi ſeipſum, ut contrà Taurus Pisces audit. Diagrammate *videntium*, quia ſignorum ſolſtitialium ratio habetur, non autem Æquinoſtialium, linea ab Ariete ad Libram ducitur. Igitur Aries Libram videt. SCALIGER.

*frustratur amando*] Taurum, quem Aries amavit, Aries averſatur, quoniam Arieti Taurum inſidias ſtruxiſſe patuit.

*Fulgentes videt*] videt nempe Taurus, & audit Pisces inter Aſtra. *Fulgentes* dicit, ob lævorem iſtum nitidum in Piscibus plerumque conſpicuum.

*Virgine amans*] Scilicet Taurus.

*Indutusque Jovem*] Reverà forſitam Tauri induerat Jupiter. Sic *indutus* hic ponitur pro *ſimulatus*. Taurus enim Jovem ſimulaverat.

*Capricornus*] Cancro eſt Capricornus per ſidera oppoſitus.

*in mutua tendunt*] Id eſt, ſe mutuo aut ſe invicem audiunt.



Libra suos sequitur sensûs, solumque videndo  
 Lanigerum, atque animo complexa est Scorpion infra. 500  
 Ille videt Pisces, oditque per omnia Libram.  
 Necnon Arcitenens magno parere Leoni  
 Auribus, atque oculis signum fundentis Aquari  
 Conspicere affuevit, solamque ex omnibus astris  
 Diligit Erigonen. Contra Capricornus in ipsum 505  
 Convertit visûs. Quid enim mirabitur ille  
 Majus, in Augusti felix cum fulserit ortum?  
 Auribus & summi captat fastigia Cancri.  
 At nudus Geminis intendit Aquarius aurem,  
 Sublimemque colit Cancrum, spectatque reducta 510  
 Tela Sagittiferi. Pisces ad Scorpion acrem  
 Direxere aciem, cupiuntque attendere Taurum.  
 Has natura vices tribuit, cum fidera fixit.  
 His orti similes referunt per mutua sensûs,  
 Cum cupiant audire alios, aliosque videre : 515

*Libra suos sequitur*] Sese audit. Nam ratione audientium nulla linea ab eâ ad oppositum signum ducitur. SCALIGER.

*solumque videndo*] Solum sequitur Lanigerum oculis, seu videndo.

*Scorpion infra*] Scorpium infra Libram fertur, sive Libram sequitur. FAYUS.

*Ille videt Pisces*] Scorpium videt Pisces, & Libram averfatur, per omnia, omni ratione, consideratione, aut respectu.

*in ipsum*] In seipsum. Suetonius inquit, Augustum notâ Capricorni nummum percussisse, quia sub eo genitus fuit. Quod signum ut ex Firmico constat, lib. 8. regem faciat & principem, si prima pars illius inventa in Horoscopo fuerit. Nondum autem inter

auctores constat, utrum fulserit Capricornus in Augusti ortum.

FAYUS.

*summi fastigia Cancri*] Ex priscorum vulgari & falsâ opinione loquitur: qui nullum signum Cancro magis Septentrionale oriri putantes, eum alta cœli fastigia tepere dicebant. At & Gemini æque alti per cœlum feruntur, cum æque distent a Solstitio ac Cancer. FAYUS.

*captat*] Capricornus audit Cancrum, vel auribus attentè animadvertit.

*per mutua*] Alius erga alium similes affectus experitur; quales ab his signis, sub quibus nascuntur, procedunt. Per mutua quoniam a signis facultates tales mutantur.

Horum

Horum odio, nunc horum iidem ducantur amore ;  
Illis infidias tendant, captentur ab illis.

Quin aduersa meant etiamque Trigona Trigonis,  
Alteraque in bellum diverso limite ducit

Linea. Sic veri per totum consonat ordo. 520

Namque Aries, Leo, & Arcitenens, sociata Trigono  
Signa, negant chelis fœdus totique Trigono,

Quod Gemini excipiunt, fundens & Aquarius undas.

Idque duplex ratio cogit verum esse fateri :

Quod tria signa tribus signis contraria fulgent, 525

Quodque æterna manent hominum bella atque ferarum.

Humana est facies Libræ, diversa Leoni.

Idcirco cedunt pecudes ; quia viribus amplis

Confilium est majus. Victus Leo luget in astris :

Aurea Lanigero concessit fidera pellis. 530

Ipsæ suæ partis Centaurus tergo cedit.

Usque adeo est hominis virtus ! Quò mirer ab illis

Nascentis Libræ superari posse Trigonum.

Quinetiam brevior ratio est per signa sequenda :

Nam quæcunque nitent humanâ condita formâ 535

*Alteraque in bellum*] Non Tri-  
gona omnia sibi invicem inimica  
sunt, sed quæ lineâ alterâ diversè  
tendenti formantur.

*sociata Trigono*] Quæ tria sig-  
næ Trigonum constituunt.

*totique Trigono*] Aquarius, Li-  
bra, Gemini Trigonum efficiunt.

*Quod tria signa*] Aries Libræ,  
Gemini Sagittario, Leo Aquario  
opposita sunt.

*Hominum bella*] Inimicitæ in-  
ter homines & feras.

*Humana est facies*] Libripens

enim in Astrorum descriptionibus  
figurabatur. SCALIGER.¶

*Aurea Lanigero*] Sensus est,  
Aries cedit Aquario : nam absque  
pelle aureâ fuisset, nè ad fidera  
quidem conscendisset. BUTIRIGIS.

*suæ partis*] Suæ partis ferinæ.  
Cedit pars posterior *ferina* ante-  
riori *humanæ*.

*Nascentis Libræ*] Orientis Li-  
bræ. Mirum esset, inquit Poeta,  
si Trigonum Libræ a Trigonis illis  
ferarum superaretur.

Astra, manent illis inimica & victa ferarum.  
Sed tamen in proprias secedunt singula mentes,  
Et privata gerunt secretis hostibus arma.

Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis,  
Et Librâ, & gemini Piscis quos protulit unda.

540

In partes Tauri sub Cancro nata feruntur:  
Pectora, & in Chelis, & quæ dat Scorpius acer,  
Et Pisces. At quos Geminorum sidera formant,

His cum Lanigero bellum est ejusque Trigono.  
Et Cancro genitos Capricorni segmina lædunt,  
Et Libræ partus, & quos dat Virginis astrum,  
Quique sub adversi numerantur fidere Tauri.

545

Lanigeri communis erit rabidique Leonis  
Hostis, nam totidem bellum subscribitur astris.

Erigone Taurumque timer, geminumque sub arcu  
Centaurum, & Pisces, & te, Capricorne, rigentem.

550

Maxima turba petit Libram, Capricornus & illi

*victa*] Ab illis, quæ speciem figuræ humanæ præ se ferunt.

*Sed tamen in proprias*] Antea auditum & visum, nunc cogitationem signis ascribit: quid enim aliud velit, cum, ait, *singula in mentes secedere signa*, quam signorum meditationem quâ ratione bellum contra hostes sustineant.

*gemini Piscis*] Pisces duo constitunt unum signum. Ex horum undâ qui nascuntur, bellum cum iis qui sub Ariete geniti sunt gerunt. Idem faciunt qui sub Virgine & Librâ.

*In partes Tauri*] Contra partes Tauri.

*ejusque Trigono*] His versibus tradit Geminis adversari Arietem, Arietisque Trigonom, id est, Leonem & Sagittarium, qui duo cum Ariete Trigonom Arietis efficiunt.

FAYUS.

*Capricorni segmina*] Numerus pro numero, quod Manilio familiare. Segmen Cancri est Cancri Dodecatemorion, eodem modo quo Arato sectio Tauri, pro Tauri Dodecatemorio. Vox *Sagminibus* occurrit, lib. I. 683.

SCALIGER.

Docet Cancro adversari Capricornum, Libram, Virginem, & Taurum. FAYUS.

*Lanigeri communis*] Ait, Leoni eadem adversari signa, quæ Arieti, nempe Virginem, Libram, & Aquarium. *Idem.*

*bellum subscribitur*] Idem ac, *bellum succurritur.*

*geminum Centaurum*] Quoniam duplicis naturæ, equinam & humanam formam gerentis.

*Maxima turba*] Forfan per maximam turbam intelligit turbam ferarum, quarum signa plura sunt, quam hominum. FAYUS.

Adversus

Adversus Cancer, Chelis quod utrumque quadratum est.  
 Quæque in Lanigeri numerantur signa Trigono,  
 Scorpius in totidem fœcundus creditur hostis. 555  
 Æquoreum juvenem, Geminos, Taurum atque Leonem,  
 Erigonen, Libramque fugit, metuendus & ipse.  
 Quique Sagittiferi veniunt de fidere partûs,  
 Hos Geminis nati, Librâque, & Virgine & Urnâ  
 Depressisse volunt, naturæ lege jubente. 560  
 Hæc eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.  
 At quos æternis perfundit Aquarius undis,  
 Ad pugnam veniens agitat, totumque Trigonom,  
 Turba, sub unius juvenis virtute, ferarum.  
 Piscibus exortos vicinus Aquarius urget, 565  
 Et Gemini fratres, & quos dat Virginis astrum,  
 Quique Sagittiferi descendunt fidere nati.

Nec sola est ratio, quæ dat nascentibus arma,  
 Inque odium generat partûs, & mutua velle :

Sed

*quod utrumque quadratum*] Cancer enim & Capricornus formant quadratum cum Chelis, id est, cum Librâ & cum Ariete.

FAYUS.

*Scorpius in totidem*] Scorpio adversatur Arietis Trigono, id est, Arietem, Leonem, & Sagittarium: præterea ait Aquarium, Geminos, Taurum, Virginem & Libram vitare, quasi sibi infesta signa.

Idem.

*naturæ lege jubente*] Rectè. Nam natura diversa Centauri a Geminorum, Virginis, Libræ, & Aquarii naturâ. Hæc quatuor rationalia: ille ex utroque mixtus.

SCALIGER.

*Hæc eadem, Capricorne*] Signa eadem, quæ in lineis anteeden-

tibus Sagittarium opponunt, Capricornum similiter opponunt.

*Ad pugnam veniens*] Ferarum turba, illos qui sub Aquario nascuntur, bellicosa impellit aut urget, & sub Aquarii potestate & viribus totum Trigonom, id est, Geminos & Libram, quæ signa cum Aquario Trigonom absolvunt.

*descendunt fidere nati*] Quasi a cœlo in terras mearent. Sed *descendunt* idem notat quod *originem ducunt*, sive sub Sagittario nascuntur.

*Nec sola est ratio*] Monet, non solum amicitiam dari aut odium Signis ex eo, quod aut Trigona Trigonis, aut Quadrata Quadratis, aut humana ferinis concordent aut advertentur; sed etiam

Sed plerumque manent inimicâ tertia quæque 570  
 Lege, in transversum vultu defixa maligno ;  
 Quoque manent quæcunque loco contraria signa,  
 Adversosque gerunt inter se septima visûs,  
 Tertia quæque illis utriusque Trigona feruntur.  
 Nè sit mirandum, si fœdus non datur astris, 575  
 Quæ sunt adversi signis cognata Trigoni.

Per tot signorum species contraria surgunt  
 Corpora, totque modis, quoties inimica creantur.  
 Perque tot ætates hominum, tot tempora, & annos,  
 Tot bella, & varios etiam sub pace labores, 580  
 Si fortuna fidem quærat, vix invenit usquam.  
 Ah ! quanta est scelerum moles per sæcula cuncta !  
 Quantum onus invidiæ non excusabile terris !  
 Venales ad fata patres, matrumque sepulchra :

Im-

etiam signa signis adversari ex eo, quòd Hexagona sint & invicem opposita. FAYUS.

Nec una est ratio, nam tertia quæque inimica inter se propter limam, sive obliquam Hypoteneusam. Item septima quæque, quoniam ex diametro. Postremò quæcunque utriusque sunt Trigona, hoc est, quæ sunt Trigona tertiis quibusque, & oppositis.

SCALIGER.

*inter se septima*] Quæ scilicet septimo loco a se distant. Sic Aries & Libra; Taurus & Scorpions; Gemini & Sagittarius. Nam Libra septimum est signum ab Ariete, & Aries Septimum a Librà: & Taurus septimum a Scorpione, & Scorpions viciniam a Tauro, & sic deinceps. FAYUS.

*Tertia quæque illis*] Quæ signa a septimis tertia sunt, ea quoque opposita sunt. Ita tertia quæque signa a septimis duobus, Trigona sunt utrisque septimis, & ipsa sibi opposita. *Idem.*

*Ne sit mirandum*] Ne mirum sit, inquit, si nulla est conjunctio illis signis, quæ signis adversi Trigoni cognata sunt. SCALIGER.

*fidem quærat*] Quid sit, fortuna fidem quærens, dicere difficile est. Forfan, alludit istam fidei inopiam, ubi scelus humanas societates effræni impetu aggreditur. Hinc dicitur, rara fides.

*Venales ad fata*] Non in sensu generali hæc verba intelligenda sunt, sed ad quandam narrationem peculiarem referenda. Haud ita senserunt scholiastæ, quamobrem

Imposuit Phœbus noctem, terrasque reliquit. 585  
 Quid loquar everfas urbes, & prodita templa ?  
 Et varias pacis clades, & mixta venena ?  
 Infidiasque fori, cædesque in mœnibus ipsis,  
 Et sub amicitiae grassantem nomine turbam ?  
 In populo scelus est, & abundant cuncta furore. 590  
 Et fas atque nefas mixtum ; legesque per ipsas  
 Sævit nequities. Pœnas jam noxia vincit.  
 Scilicet in multis quoniam discordia signis  
 Corpora nascuntur, pax est sublata per orbem,  
 Et fidei rarum fœdus, paucisque tributum. 595  
 Utque sibi cœlum, sic tellus diffidet ipsi ;  
 Atque hominum gentes inimicâ forte feruntur.  
 Idcirco nihil ex semet natura creavit  
 Pectore amicitiae majus, nec rarius unquam.  
 Unus erat Pylades, unus qui mallet Orestes 600  
 Ipse mori : levis urna fuit per sæcula mortis,  
 Alter quòd raperet fatum, non cederet alter :  
 Et duo, qui potuere sequi vadimonia sponfi ;  
 Optavitque reum sponfor non posse reverti,

brem hunc & sequentem versum silentio prætermiserunt. Rejicit, ut solet, Bentlejus ob supposititiam faciem, et, ut solet, nullius MS. auctoritate. Historiam Amphiarai & Eriphyles Manilius obliquè perstringit, ut in sequenti lineâ, Atrei & Thyestæ. Amphiaraus ob venalitatem filiae periit, & filia, quæ sui filii manibus periit, ob venalitatem suam. Rectè ergo poeta ait, patres ad fata seu mortem venundatos, & sepulchra matrum seu matrum mortes simili modo venundatas.

*Infidiasque fori*] Necem Julii Cæsaris innuit, qui in Senatu ab amicis occisus fuit.

*Pœnas jam noxia vincit*] Adeo scelus per universum orbem grassatur, ut per magnitudinem, legum sanctiones obterat.

*levis urna fuit*] Urna pro fors urnæ. Quia in Tragœdiâ inducebatur Iphigenia fortiens utrum mactare deberet, Pyladen an Oresten. Leve fuit illis fortiri mortem, cum alter diceret, Ego sum Orestes, alter vero, Imo ego Pylades. *Per sæcula*, in prioribus sæculis. SCALIGER.

*Et duo qui potuere*] De Dæmone & Pythiâ agere obscurum non est. *Vadimonia sequi*, peculiare est Manilio. *Et duo*, & duo fuerunt ; quo raro accidit.

Sponsorumque reus timuit, ne solveret ipsum. 605  
 Si tamen & cognata cupis cognoscere signa,  
 Quæ jungant animos, & amicâ sorte ferantur,  
 Lanigeri partûs cum toto junte Trigono.  
 Simplicior tamen est Aries, meliusque Leone  
 Prosequitur genitos, & te, Centaure, creatos. 610  
 Quâ colitur namque est naturâ mitius astrum,  
 Expositumque suæ noxæ sine fraudibus ullis.  
 Nec minus ingenio molli, quam corpore constat.  
 Illis est feritas signis, prædæque cupido,  
 Venalisque animus nonnunquam excedere cogit 615  
 Commoditate fidem, nec longa est gratia facti.  
 At cum Lanigeri partu sub utroque Trigono  
 Non partes, sed rara gerit pro tempore bella;  
 Quod feritas utriusque, magis pro tempore cogit.  
 Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse, 620  
 Cui commixtus homo est, quam te, Nemeæa, sub uno.  
 Idcirco Pax est signis & mixta querela.

*reus timuit]* Reus, ille qui  
 yadimonium sistit, *sponsor*, ille qui  
 vos alteri factus est.

*ne solveret ipsum]* Ne pro se  
 moriretur.

*Si tamen & cognata]* Expli-  
 cavit signa adversa; nunc ad signa  
 progreditur, quæ amicitiam &  
 pacem conciliant. SCALIGER.

*meliusque Leone]* Non pari  
 amicitiae gradu Leo, Aries, Sagit-  
 tarius instruantur. Aries astrum  
 est naturâ mitiori præditum, Leo  
 & Centaurus, ob naturalem fero-  
 ciam, minores amicitiae fructus  
 edunt.

*Quâ colitur]* Quâ prædita est,  
 aut quâ ornatur.

*Expositumque suæ noxæ]* Qui  
 non facillè se potest defendere;  
 ideo incommodis & periculis ob-  
 vius.

*Commoditate fidem]* Fides ob  
 utilitatem violatur, & facti alicu-  
 jus benefici sensus non diu durat.

*Non partes]* Non est factio  
 diuturna, sed tantum lis est tem-  
 poraria.

*utroque Trigono]* Leone & Sa-  
 gittario, qui Triangularia sunt  
 signa cum Ariete. FAVUS.

*gerit]* Utrumque Trigonom  
 gerit.

*in duplici]* In duplici corpore.

*Pax est]* Pax ab Ariete, que-  
 rela a duobus reliquis.

SCALIGER.

Qui-

Quinetiam Tauri Capricorno jungitur astrum ;  
 Nec magis illorum coeunt ad fœdera mentes. ::  
 Virgineos etiam partûs, quicunque creantur 625  
 Tauro, complecti cupiunt : sed sæpe queruntur.  
 Quosque dabunt Chelæ, quos & dat Aquarius ortûs,  
 Unum pectus habent, fideique immobile vinclum.  
 Magnus erit Geminis amor, & concordia duplex :  
 Magnus & in multos veniet successus amicos. 630  
 Scorpius & Cancer fraterna in nomina ducunt  
 Ex semet genitos : necnon & Piscibus orti  
 Concordant : illis nam sæpe est subdolus actus.  
 Scorpius aspergit noxas sub nomine amico.  
 At quibus in lucem Pisces venientibus adsunt, 635  
 His non una manet semper sententia cordi.  
 Commutant animos interdum, & fœdera rumpunt,  
 Ac repetunt : tectæque lues sub fronte vagantur.  
 In ternis geniti tali sub lege creantur,  
 Crebrius adversis odium est : cognata quadratis 640  
 Corpora censentur signis, & amica Trigonis.  
 Nec ratio obscura est : nam quartum quodque locavit  
 Eiusdem generis signum natura per Orbem.

*Quinetiam Tauri*] Hæc est secunda triplicitas, ut vulgus Astrologorum loquitur, hoc est, secundum Trigonum. SCALIGER. us

*Virgineos etiam*] Taurus & Capricornus in fœdus amicitiae coeunt : sed Virgo, tertium signum secundi Trigoni, querelarum causas excitat.

*Quosque dabunt Chelæ*] Tertia triplicitas.

*concordia duplex*] Quoniam Gemini sunt, sed unum signum.

*Magnus & in multos*] Multas amicitias eorum conjunctio generabit.

*Scorpius & Cancer*] Quarta triplicitas. His quarti Trigoni signa ostendit esse inimica sub specie amicitiae ; scilicet Scorpius & Pisces.

*Ac repetunt*] Fœdera repetunt.  
*tectæque lues*] Insidiae tectæ aut celatæ fronte propitiâ.

*In ternis*] Scilicet in triplicitatibus ante memoratis.

*cognata quadratis*] Signis Quadratis cognatos seu affines, Trigonis amicos attribuit.

*per Orbem*] Per circulum Zodiaci, natura unumquodque signum quartum, sub eodem genere disposuit.



Quatuor æquali cœlum discrimine signant,  
In quibus articulos anni Deus ipse creavit.

645

Ver Aries, Cererem Cancer, Bacchumque ministrat  
Libra, Caper brumam genitusque ad frigora Piscis.

Necnon & duplici quæ sunt connexa figurâ,

Quartum quæque locum retinent. Duo cernere Pisces,  
Et Geminos juvenes, duplicemque in Virgine formam, 650

Et duo Centauri licet uno corpora textu.

Sic & simplicibus signis stat forma quadrata.

Nam neque Taurus habet comitem, nec jungitur ulli

Horrendus Leo; nec metuit sine corpore quemquam

Scorpius, atque uno censetur Aquarius astro.

655

Sic quæcunque manent quadrato condita templo

Signa, parem referunt numeris aut tempore sortem.

Ac veluti cognata manent sub fœdere tali.

Idcirco affines signant, gradibusque propinquis

Accedunt, unâque tenent sub imagine natos.

660

Longior in spatium porrecta est linea majus,

*articulos anni]* Quatuor cœli puncta cardinalia.

*ad frigora Piscis]* Capricorni pars enim posterior in caudam Piscis definit, quæ in se reflectitur, quasi frigore contracta. FAYUS.

*duplicemque in Virgine]* Virginis forma duplex dicitur, quoniam, ut ante dixit Manilius, æstas definit, & autumnus incipit mediâ sub virgine.

*licet]* Licet cernere.

*duo corpora]* Hominis & equi unâ figurâ conjunctorum.

*simplicibus signis]* Simplicia signa sunt, quæ succedunt Tropici. SCALIGER.

*sine corpore]* Sine comite, ut in aliis simplicibus signis. Cur vero, *metuit?* Scorpius est pug-

nax & intrepidus. Sed hostem sibi infensum habeat, vires suis superiores intendentem, & ob hanc rationem metuere dicatur.

*condita templo]* Arcu cœli quadrato.

*parem referunt]* Æqualem sortem inter se occupant, ratione numeri, aut temporis.

*signant]* Adumbrant, denotant, & iis, qui affinitate propinqui sunt gradibus certis, favent.

*unâ sub imagine]* Sub eâdem relatione.

*Longior in spatium]* Trigonum omnium schematum ad amicitias efficacissimum: quoniam ejus linea longior est, & longius spatium complectitur, ac remotiores angulos conjungit. SCALIGER.

Quæ tribus emensis signis facit astra Trigona.  
 Hæc ad amicitias imitantes jura gradumque  
 Sanguinis, atque animis hærentia pectora ducunt.  
 Utque ipsa ex longo coeunt submota recessu, 665  
 Sic nos conjungunt majoribus intervallis.  
 Hæc meliora putant, mentes quæ jungere possunt,  
 Quam quæ nonnunquam fœdus sub sanguine fallunt.  
 Sic erit ex signis odium tibi paxque notanda.

Perfpice nunc tenuem visu rem, pōdere magnam, 670  
 Quæ tantum Graio signari nomine possit  
 Dodecatemorion, titulus signatio causæ.  
 Nam cum tricenas per partes sidera constant,  
 Rursus bis senis numerus diducitur omnis.  
 Ipsa igitur ratio binas in partibus esse 675  
 Dimidiasque docet partes. His finibus esse  
 Dodecatemorion constat; bis senaque cuncta  
 Omnibus in signis: quæ mundi conditor ille  
 Attribuit totidem numero fulgentibus astris;  
 Ut sociata forent alternâ sidera forte, 680

*animis hærentia*] Concordiam animi ex mutuâ charitate nascentem.

*majoribus intervallis*] Ita Trigonomum ad amicitias externas pertinebit: & ad diversarum nationum animos conjungendos.

*fœdus sub sanguine*] Amicitia ex hoc Trigono firmior & constantior erit istâ amicitia quæ ex sanguinitate dimanat.

*Perfpice nunc*] Dodecatemorion est duodecima pars signi; omnè signum habet partes 30. Quæque duodecima pars constat ex duabus

& dimidiâ: nam duodecies  $2\frac{1}{2}$  faciunt 30.

Divide integras partes 30 in 12. Tum unaquæque duodecima erit partium  $2\frac{1}{2}$ . Ergo Dodecatemorion est gradus sextertius.

*totidem numero*] Nempe signa sunt duodecim.

*alternâ sidera forte*] Ita singula signa feruntur, ut in unoquoque duodecim partes contineantur alternè forte subeuntes. Sed quomodo alternâ forte? Ita. Non sub eodem signo omnes mares sunt, aut omnes fœminæ, sed alternatim mares & fœminæ. Gradus alterni masculi, alterni fœminei.

Et similis mundus sibi, & omnia in omnibus astra ;  
 Quorum mixturis regeret concordia corpus,  
 Et tutela foret communi mutua causâ.

Idcirco quanquam signis nascantur eisdem,  
 Diverfos referunt mores, inimicaque vota. 685

Et sæpe in pecudes errat natura, maremque  
 Fœmina subsequitur : miscentur fidere partûs  
 Singula diversis variant quot partibus astra,  
 Dodecatemoriis proprias mutantia vires.

Nunc quæ sint, cujusque canam, quove ordine constant :  
 Ne vagus ignotis signorum partibus erres. 691

Ipsa suo retinent primas in corpore partes  
 Sidera : vicinis subeuntes attribuuntur.

Cætera pro numero ducunt ex ordine partes,  
 Ultima & extremis ratio conceditur astris. 695

Singula sic retinent binas in sidera quæque  
 Dimidiasque sui partes : & summa repletur  
 Sortibus exactis triginta fidere in omni.

Nec genus est unum, ratio nec prodita simplex,  
 Pluribus inque modis verum natura locavit, 700

[*sæpe in pecudes*] Hic & versus sequens inter adulterinos a Bentleyo seponitur. Cur ita? Manilius enim tantum ait, eandem varietatem in ferinâ ac in humanâ naturâ inesse; cum sub eodem signo mares & fœminæ miscentur. Non mares maribus succedunt, sed fœminæ maribus interponuntur: & hoc evenit propter singulorum astrorum variationem quoad diversas eorum partes; quorum siderum mutationes a Dodecatemoriis efficiuntur. Natura hoc modo in pecudes aut inter pecudes non stabilis

sed erratica est: partûs enim a signo variantur.

[*Nunc quæ sint*] Quæ sint Dodecatemoria, & cujus astri, & quo ordine sint disposita.

[*primas in corpore partes*] Primum Dodecatemorion.

[*vicinis subeuntes*] Partes sequentes, vel sequens Dodecatemorion, proximis signis assignantur.

[*binas in sidera*] Præter alia omnia. Singula signa non in se solum, sed in aliis omnibus Dodecatemorion habeant, In *sidera*, per sidera cuncta.

Diduxitque vias ; voluitque per omnia quæri.  
 Hæc quoque comperta est ratio sub nomine eodem.  
 In quocunque gradu, nascentum tempore, luna  
 Constiterit, numeris hunc ter dispone quaternis,  
 Sublimi totidem quia fulgent sidera mundo. 705  
 Inde suas illi signo, quo luna refulsit,  
 Et quæ hinc defuerint, partes numerare memento.  
 Proxima tricenâ partes sententia ducit :  
 Hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta  
 In binas sortes adjectâ parte locetur 710  
 Dimidiâ, reliquis tribuatur ut ordine signis.  
 In quâ destituet te, justum luna tenebit  
 Dodecatemorion signi. Post cætera duces  
 Ordine quæque suo, sicut stant astra locata.  
 Hæc quoque te ratio nè fallat, perspice paucis. 715

*sub nomine eodem*] Nomine Dodecatemorii.

*In quocunque gradu*] Quando-  
 cunque nativitas omnibus numeris  
 absoluta, vide in quo gradu sit  
 Luna tunc temporis : hunc gra-  
 dum multiplica per duodecim,  
 quia duodecim signa sunt in cæ-  
 lo.

*Inde suas illi signo*] Triginta  
 gradus signo, in quo luna sit, con-  
 cedendi.

*Et quæ hinc defuerint*] Pro eo  
 quod est integrum supputa Dode-  
 catemorion, etiam comprehensis  
 partibus, quæ Lunæ conjunctio-  
 nem antecurrerint. Hæc interpre-  
 tatio sequentibus confirmatur.

BUTIRIGIS.

*Proxima tricenâ*] Vide quot  
 tricenâ partes Luna a Sole distat.  
 Eas aufer. Reliquas partes duc in  
 Sestertios gradus. Ubi te desti-

tuet numerus, ibi erit Lunæ Do-  
 decatemorion. SCALIGER.

Ubi Triacontides non erunt,  
 quando hos tricenâ numeros de-  
 duxeris,

Ab ea ipsâ parte ubi *defuerit*  
*numerus*, id est, ubi præcisè Luna  
 constiterit, & non poterit haberi  
 Triacontas vel Dodecatemorion.

BUTIRIGIS.

*summa relicta*] Numerus au-  
 tem, id est, Triacontas, vel Do-  
 decatemorion. Summa relicta, id  
 est, quod accrescit præter certum  
 Dodecatemorion dividatur per ses-  
 tertias partes, ubi amplius non  
 potes. Luna ad justâ Dodecate-  
 moria revocatura est rem totam.

BUTIRIGIS.

*In binas*] In bis duas partes,  
 cum parte dimidiâ, id est, in 5  
 partes.

Major in effectu, minor est : quòd partibus ipsis

Dodecatemorii quid sit, quod dicitur esse

Dodecatemorion. Namque id per quinque notatur

Partes. Nam totidem præfulgent sidera cœlo,

Quæ vaga dicuntur. Ducunt & singula fortes

720

Dimidias, viresque in eis & jura capeffunt.

In quocunque igitur stellæ sunt quinque locatæ

Donecatemorio, fines spectare decebit.

Cujus enim stellæ fines in fidere quoque

Inciderint, dabit effectûs in viribus ejus.

725

Undique miscenda est ratio, per quam omnia constant.

Verum hæc posterius proprio cuncta ordine reddam.

Nunc satis est docuisse suos ignota per usûs :

*Major in effectu*] Dodecatemorion Planetæ, quod est Dodecatemorion Dodecatemorii, est certius & pollutius ipso Dodecatemorio, cujus Dodecatemorion est. Est, inquit, Dodecatemorion quoddam Dodecatemoriarum partium. SCALIGER.

*Quæ vaga dicuntur*] Stellæ Erraticæ, seu Planetæ.

*Dimidias sortes*] Semigradus : quinque enim sunt semigradus in quolibet Dodecatemorio simpliciter dicto. FAYUS.

*in eis*] In iis dimidiis partibus.

*spectare decebit*] Terminos intelligit. Exempli gratiâ ; ab initio Arietis usque ad sextum gradum est terminus Jovis : a 6 ad 12 terminus Veneris : a 12 ad 20 terminus Mercurii : a 20 ad 25 terminus Saturni. Si igitur intra 6 gradum Arietis Dodecatemorion inciderit stellæ, cujus fines intra

illos gradus continentur, dabunt majores effectus in illis partibus.

SCALIGER.

*in viribus ejus*] In viribus ejus Dodecatemorii, in quo sit, Planeta effectus monstrabit aut dabit.

*Undique miscenda est*] Docet ita Planetas signis, signaque Planetis esse intermiscenda, ut ex eorum mixturis ratio veri eruatur.

FAYUS.

*Verum hæc posterius*] Hoc sæpe promittit, & tamen obligatam fidem non liberavit. Nisi fortasse aut morte præventus non potuit exolvere : aut injuriâ temporis ea periisse dicamus. SCALIGER.

*Nunc satis est*] Plastica Institutio. Sic Firmicus : *Debet is qui instituitur, primum plasticè institui : ut his apertioribus, levioribusque compositus, atque formatus, secretiora deinceps genituræ confidentius consequatur.* SCALIGER.

Ut

Ut cum perceptis steterit fiducia membris,  
 Sic totum corpus facili ratione notetur, 730  
 Et bene de summâ veniat post singula carmen.  
 Ut rudibus pueris monstratur litera primùm,  
 Per faciem nomenque suum; tum ponitur usus:  
 Tum conjuncta suis formatur syllaba nodis:  
 Hinc verbis structura venit per membra legendi. 735  
 Tum rerum vires, atque artis traditur usus,  
 Perque pedes proprios nascentia carmina surgunt,  
 Singulaque in summâ prodest didicisse priora.  
 Quæ nisi constiterint propriis fundata elementis,  
 Versis, quæ properè dederint præcepta magistri, 740  
 Effluat in vanum rerum præposterus ordo.  
 Sic mihi per totum volitanti carmine mundum,  
 Erutaque abstrusâ penitèns caligine fata,  
 Pieridum numeris etiam modulata, canenti;  
 Quâque Deus regnat, revocanti numen ab arce, 745  
 Per partes ducenda fides, & singula rerum  
 Sunt gradibus tradenda suis: ut cum omnia certâ  
 Notitiâ steterint, proprios revocentur ad usûs.

*post singula carmen]* Post partes simplices datas, recte de toto corpore poeta carmen condat.

*syllaba nodis]* *Nodos* syllabæ dixit, quâ notione Aufonius *trino-*  
*dèm dactylum.* SCALIGER.

*verbis structura]* Syllabarum structura formatur per suas voces ac dictiones. *Per membra,* voces formantur per syllabas.

*Singulaque in summâ]* Multum proficit regulas præcedentes, quæ ad summam scientiam ducunt, compendiario investigavisse.

*Quæ nisi constiterint]* Si scientiæ elementa non sint prius per-

cepta, scientiæ ipsius præcepta nulli usui inservient: omnia enim Magistrorum documenta a discipulis pervertentur, quoniam inconsultè & intempestivè communicantur. Si in oppidum aliquod eundum est, viam, quâ eundum est, prænoscere necesse erit.

*mundum]* Cælum.

*numen ab arce]* Phœbum a cælo revocanti, ut opem ferat Manilio carmina pangenti. Sic in libri primi primordio ait, *Phæbo modulante.*

Ac veluti in nudis cum surgunt mœnibus urbes  
 Conditor, ut vacuos muris circumdare colles 750  
 Destinat, antè manu quam tentet scindere fossas,  
 Versat opus : ruit ecce nemus, saltùsque vetusti  
 Procumbunt, solemque novum nova sidera cernunt.  
 Pellitur omne loco volucrum genus, atque ferarum ;  
 Antiquasque domos & nota cubilia linquunt : 755  
 Ast alii filicem in muros, & marmora templis  
 Rimantur, ferrique rigor per tempora nota  
 Quæritur : huc artes, huc omnis convenit usus.  
 Tunc demum confurgit opus, cùm cuncta supersunt ;  
 Ne medios rumpat cursùs præpostera cura. 760  
 Sic mihi cunctanti tantæ succedere moli  
 Materies primùm rerum, ratione remotâ,  
 Tradenda est ; ratio fit nè post irrita, neve  
 Argumenta novis stupeant nascentia rebus.

*in nudis]* Scilicet cum urbium Mœnia extruuntur. Nuda dicuntur mœnia, quæ nondum intra se domos & cætera edificia includunt.

*Versat opus]* Rem animo diligenter agitat.

*solemque novum]* Non bene hanc sententiam interpretès perpenderunt. Cum Sylva, quæ multis annis stetit, humi strata jacet, istæ partes inferiores soli & sideribus exponuntur, quæ antea, præ nimiâ arborum densitate, in continuâ culigine involutæ fuerant.

*Ast alii filicem]* Mirè alii dicit, quando homines aut opifices non ante memoravisset. Sed est rarissimi generis poeta.

*ferrique rigor]* Mire dixit tem-

*pore ferri pro temperamenta :* quæ certo temporis spatio conficiuntur.

*huc artes]* Hoc modo, nempe ferrum ad duritiem aptam arte elaborante, artes & usus ad ædificia pertinentes, ad umbilicum ducuntur.

*moli]* Operi, quod est fiderum rationem tradere. FAYUS.

*ratione remota]* Id est, Priusquam alicujus rei causæ producantur, res ipsa explicationem requirit. Aliter causæ in intelligentiam nostram non facilè cadent.

*stupeant]* Argumenta quodammodo stupefacta. Stupor enim, nihil videt, nihil audit, nihil intelligit. *Novis rebus* rebus non benè intellectis.

Nec satis est tantum solis insistere signis : 765

Contemplare locum cœli, sedemque vagantum.

Parte genus variant ; & vires linea mutat.

Distat enim, surgantne eadem, subeantne, cadantve.

Nam seu quadrati veniunt, seu jure Trigoni,

Et quæ per senos decurrit virgula tractûs, 770

Quæque secat medium transverso limite cœlum.

Hinc modo dat vires mundus, modo detrahit inde.

Quæque illic sumunt vires, huc acta reponunt :

Quotquot cardinibus proprio quadrante moventur

Proxima, vicinis subscribunt. Tertia quæque 775

*Nec satis est*] Non sufficit ipsa signa in seipsis tantum considerare, nisi omnes alias cœli partes postea ad examen adducamus.

*vagantum*] Nempe Planetarum.

*Parte genus variant*] Quia pro ratione locorum variantur signa. Quod essenziale ; constans, fixum & immobile, quia secundum Zodiacum ipsum consideratur : quod fortuitum autem inconstans, ambulatorium, quia secundum primum Mobile consideratur : quatenus diversi sunt Meridiani & Horizontes, in quorum contactum diversimodis cadunt Hemicyclia per Polos mundi ducta ; æquinoctialem in partes æquales, Zodiacum autem in partes inæquales dirimentia. SCALIGER.

*linea mutat*] Linea, virgula, norma, & similia, Græcis tantum *linea*. Est distinctio loci a loco. Quia virgulis interfecantur, quasi quibusdam limitibus, XII cœli domus. SCALIGER.

*subeant*] Ascendant.

*decurrit virgula*] Quæ signa

decurrit virgula, sive describit. Ea signa, quæ virgula decurrit, & ea quæ medium cœlum secat veniunt aut jure Quadrati aut Trigoni. Sic est ordo verborum.

*per senos tractûs*, per Sex climata a circulis Polaribus ad Polos ipsos.

*dat vires mundus*] Signa, inquit, sive Trigoni lege sint, sive alterius schematismi, amittent legem Schematismi cum in centris fuerint. *Hinc est, ex illis cardinibus*. Mundus, i. e. cœlum.

*Quæque secat*] Quæ signa secat medium cœlum.

*Quæque illic sumunt*] Et quæ alibi illis viribus erant, nunc eas amittent ratione cardinis. Illa enim legem cardinis sui sequuntur.

*vicinis subscribunt*] Quotquot signa proxima cardinibus, favent vicinis.

*Tertia quæque*] Quæ tertia sunt signa a cardinibus, favent hospitibus.



Hospitibus. Sic astrorum servabitur ordo.

Quæ quanquam in partes divisi quatuor orbis

Sidera quadrata efficiunt, non lege quadrati

Censentur: minor est numeri quam cardinis usus.

Nam nihil in totum fervit sibi. Mista feruntur. 780

Ipsis dant vires castris, capiuntque vicissim.

Adde suas partes signis, sua partibus astra.

Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem

Partitam sectis, signa ut perdiscere possis,

Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent. 785

Ergo age noscendis animum compone sagacem

Cardinibus, qui per mundum sunt quatuor omnes

Dispositi semper, mutantque volantia signa.

Unus ab exortu cœli nascentis in orbem,

Qui primùm terras æquali limite cernit. 790

Alter ab adversâ respondens ætheris orâ,

Unde fugit mundus, præcepſque in Tartara tendit.

Tertius excelsi signat fastigia cœli,

Quo defessus equis Phœbus subsistit anhelis,

*Sic astrorum servabitur*] Is debet esse signorum ordo, quem cardo primus præscripserit.

SCALIGER.

*Quæ quanquam*] Quæ quanquam aliàs lege quadrati esse possent, tamen non jure quadrati valent; quia eam legem jure cardinis amiserunt. SCALIGER.

*minor est numeri*] Quamvis is numerus latus tetragoni absolvit, tamen legem quadrati amisit, quia legi signum astrictum est cardinis.

SCALIGER.

*Mista feruntur*] Nam domibus suis aut castris dant leges & vicissim capiunt. SCALIGER.

*Partitam sectis*] Artem partitam per sectionem. A sectione horum in quatuor partes, aut in

quatuor tetrantes, qui quatuor cardines designabunt. Quatuor sunt cœli cardines, seu puncta cardinalia. SCALIGER.

*Cardinibus*] Ortus, occasus, medium cœli, imum cœli, sunt quatuor cœli cardines.

*volantia signa*] Varietas in siderorum motu & aspectu efficitur a cardinibus, per quos signa feruntur.

*in orbem*] In terram.

*æquali limite*] In ortu, Sphæra mundi in duas partes æquales dirimitur; in eo enim puncto est Sol tunc temporis aut in nascendi tempore, quòd superiorem & inferiorem hemisphærii utriusque tractum æqualiter secat.

Declinatque diem, mediasque examinat umbras. 795  
 Ima tenet quartus fundato nobilis orbe,  
 In quo principium est reditûs, finisque cadendi  
 Sideribus; pariterque occasûs cernit & ortûs.  
 Hæc loca præcipuas vires, summosque per artem  
 Fatorum effectûs referunt: quòd totus in illis 800  
 Nititur æthereis veluti compagibus orbis.  
 Quæ nisi perpetuis alternâ sorte volantem  
 Curfibus excipiant, nectantque in vincula, bina  
 Per latera, atque imum templi summumque cacumen,  
 Diffociata fluat resoluto machina mundo. 805

Sed diversa tamen vis est in cardine quoque,  
 Et pro forte loci variant, atque ordine distant.  
 Primus erit, summi qui regnat culmine cœli,  
 Et medium tenui partitur limite mundum,  
 Quem capit excelsâ sublimem gloria sede. 810  
 Scilicet hæc tutela decet fastigia summa,

*Declinatque diem*] Eo instanti  
 linea meridiana a sole relinquitur,  
 dies declinare incipit.

*mediasque examinat*] Umbras  
 meridianas quæ in æstate admo-  
 dum minutæ, in hyeme non ad-  
 modum extensæ.

*fundato nobilis orbe*] In fun-  
 do terræ, aut conspicuus infrâ  
 terram.

*finisque cadendi*] Ab inferâ  
 orbis parte revertuntur sidera, &  
 in illâ parte eorum descensus fini-  
 tur.

*per artem Fatorum*] Effectûs  
 maximi per fati ordinem compa-  
 rantur.

*Nititur æthereis*] Totus ter-  
 rarum orbis his quatuor cardini-  
 bus stabilitur.

*volantem*] Orbem, aut molem  
 cœlorum alterno motu progredi-  
 entem aut impulsam.

*bina per latera*] Nimirum in  
 ortu & occasu, quæ duo sunt uni-  
 versi latera, habitâ ratione stant s  
 terrarum orbis. FAYUS.

*Diffociata fluat*] Univerfum,  
 ni hæc ita essent, in chaos redi-  
 geretur.

*Sed diversa tamen*] Monet,  
 quatuor cœli cardines pares non  
 esse viribus, ac dignitate: Sed  
 alios aliis præstare. Præstat me-  
 dium cœlum tribus aliis: Imum,  
 proximum dignitate: ortus, ter-  
 tium locum occupat; & occasus  
 postremum. FAYUS.

*Primus erit*] Tractat signifi-  
 cationes quatuor cuspidum.

SCALIGER.

Quic.

Quicquid ut emineat sibi vindicet, & decus omne  
Afferat, & varios tribuendo regnet honores.

Hinc favor, & species, atque omnis gloria vulgi :

Reddere jura foro, componere legibus orbem :

815

Fœderibusque suis externas jungere gentes :

Et pro forte suâ cujusque extollere nomen.

Proximus, est imâ quanquam statione locatus,

Sustinet æternis nixum radicibus orbem ;

Effectu minor in specie, sed major in usu :

820

Fundamenta tenet rerum, censûsque gubernat.

Quam rata sint fossis, scrutatur, vota metallis,

Atque ex occulto quantum contingere possit.

Tertius æquali pollens in parte, nitentem

Qui tenet exortum, quâ primùm sidera surgunt,

825

Unde dies redit, & tempus describit in horas :

Hinc inter Graias Horoscopus editur urbes,

Nec capit externum, proprio quia nomine gaudet.

*Quicquid ut emineat*] Quicquid sit excellentiâ præditum, medium cœli sibi vindicet aut afferat.

*varios tribuendo*] Regno potestatur, propter dignitatum largitionem, quam iis tribuit, quibus arridet.

*species*] Eminentia, dignitas, quæ omnium oculos in se convertit. FAYUS.

*gloria vulgi*] Gloria, quæ ex vulgi laudibus & clamoribus emicat: cum terrarum dominos evahit ad Deos.

*Sustinet æternis*] Imum enim cœli veluti radix est æterna, quâ

totum universum nixum stat.

FAYUS.

*Effectu minor*] Dignitate aut eminentiâ inferior; effectu idem ac in factis.

*Fundamenta rerum*] Habet sub potestate rerum humanarum fulcra, five divitias, quæ sunt amplitudinis humanæ fundamina.

*ex occulto*] Ex visceribus terræ, ubi latent thesauri.

*æquali pollens*] Id est, qui æquipollet aliis cardinibus effectu & dignitate. FAYUS.

*externum*] Romanum, aut Latinum, quia Græco suo nomine semper utitur.

Hic

Hic tenet arbitrium vitæ, atque hic regula morum est :  
 Fortunamque dabit rebus, ducetque per artes. 830  
 Qualiaque excipiant nascentes tempora prima,  
 Quos capiant cultûs, quali sint sede creati,  
 Utcunque admixtis subscribent viribus astra.

Ultimus, emenso qui condit sidera mundo,  
 Occasumque tenens submersum respicit orbem, 835  
 Pertinet ad rerum summas, finemque laborum,  
 Conjugia, atque epulas, extremaque tempora vitæ,  
 Otiæque & coetûs hominum, cultûsque deorum.  
 Nec contentus eris, percepto cardine quoquam,  
 Intervalla etiam memori sunt mente notanda, 840  
 Per majus dimensa, suas reddentia vires.  
 Quicquid ab exortu summum curvatur in orbem,  
 Ætatis primæ nascentisque afferit annos.  
 Quod summo premitur devexum culmine mundi, 845  
 Donec ad occasus veniat, puerilibus annis  
 Succedit, teneramque regit sub sede juventam.  
 Quæ pars occasus interque, imumque sub orbem  
 Descendit, regit hæc maturæ tempora vitæ,  
 Et propriâ serie, varioque exercita cursu. 850

*ducetque per artes*] Dux erit; quodcumque aliquis ad limatas artes colendas sese accinget.

*prima*] Prima vitæ tempora.

*Utcunque admixtis*] Nam misceri & contemperari astrorum vires ante docuerat. BUTIRIGIS.

*quali sede*] Quali domo astronomica.

*submersum*] Oceanum intuetur occasus : Sol enim mergi oceano, quando occidit, dicitur. Et oceanus e maximis unus, est occidentalis.

*Per majus dimensa*] Per majora spatia intervalla porriguntur.

*summum curvatur*] Omne spatium illud quod ab oriente ad medium cœli expanditur.

*devexum culmine mundi*] Omne illud spatium, a cœli vertice, quod ad occasum declivi limite vergit.

*Succedit*] Pueritiæ & juventæ feliciter cedit aut prosperè evenit.

*interque imumque*] Quæ pars infra Horizontem est.

*propria serie*] Longâ serie suæ experientiæ quoad vitæ cursûs & modos.

At quæ perficitur cursu redeunte sub imo,  
 Tarda supinatum lassatis viribus arcum  
 Ascendens ; feros demum complectitur annos,  
 Labentesque dies vitæ, tremulamque senectam.

Omne quidem signum sub qualicumque figurâ 855  
 Partibus inficitur mundi : locus imperat astris,  
 Et dotes noxamve facit. Vertuntur in orbem  
 Singula, & accipiunt vires, cœloque remittunt.  
 Vincit enim natura genus, legesque ministrat  
 Finibus in propriis, & prætereuntia cogit 860  
 Esse sui moris, vario nunc dives honore,  
 Nunc sterilis, pœnamque ferentia fidera sedis.  
 Quæ super exortum est a summo tertia cœlo,  
 Infelix regio, rebusque inimica futuris,  
 Et vitio fœcunda nimis : nec sola, sed illi 865  
 Par erit, adverso quæ fulget fidere sedes  
 Juncta sub occasu. Nè præstet cardine mundi,

*Tarda ascendens*] Græcismus, pro *tardè ascendens*.

*Partibus inficitur*] Afficitur a cœli regionibus, locus enim astra regit.

*Dotes noxamve*] Sive bonam, sive malam fortunam inducit.

*Vertuntur in orbem*] Quæque signa circulari formâ moventur.

*vires*] a cœlo accipiunt, & reddunt cœlo.

*natura genus*] Natura loci.

*dives honore*] Natura loci dives variis honoribus ; aut varias dignitates impertit, aut nullas.

*pœnamque ferentia*] Cogit fidera pœnam, aut duram sortem ferre in suis singulis sedibus.

*nec sola*] Non sola infelix.

*Ne præstet cardine*] Cardo mundi, Horoscopus. Ne hanc prærogativam habeat occasus, quam habet ortus : cujus inclinatio super ortum scandit, cum hujus infra occasum sit. SCALIGER.

Ne alterutra statio suo cardine sit melior, in eo suum finem meruit ; unde utraque dejecta fertur, propter damnum a suo cardine acceptum. Duodecima finitur in ortu : sexta verò in occasu ; quo fit ut utraque deterioris sit fortis, quam uterque ille cardo.

FAYUS.

Utra-

Utraque præteritâ fertur dejecta ruinâ :

Porta laboris erit : scandendum est, atque cadendum,

Nec melior super occasum, contraque sub ortu, 870  
 Sors agitur mundi. Præceps hæc, illa supernè  
 Pendens, aut metuit vicino cardine finem,  
 Aut fraudata cadet. Meritò Typhonis habentur  
 Horrendæ fedes, quem tellus sæva profudit,  
 Cum bellum cœlo peperit : nec matre minores 875  
 Extiterunt partûs ; sed fulminè rursus in altum  
 Compulsi, montesque super rediere cadentes ;  
 Cessit & in tumulum belli vitæque Typhœus.  
 Ipsa tremit mater flagrantem monte sub Ætnâ,

At quæ fulgentis sequitur fastigia cœli 880  
 Proxima, (neve ipsi cedat qui fungitur alto)  
 Spe melior, palmamque petens, victrixque priorum,  
 Altiùs insurgit, summæ comes addita fini,  
 Imperiisque manent cursûs, nec vota supersunt.  
 Quocirca minimè est mirum, si proxima summo, 885

*scandendum]* Et ascensus & descensus in eâdem statione, quare dicitur porta laboris.

*aut metuit]* Terminum suum utraque expectat cardine proximo, aut, si falleretur, deorsum aut præceps ferri.

*in altum]* In terræ profunditatem aut profundissimas partes dejecti.

*in tumulum belli]* Montes in se invicem a gigantibus coacervati, ut cœlum scanderent, tandem in eorum capita irruerunt, aut vi graviore super coacervantes ceciderunt.

Ætna tumulus fuit belli vitæque ejus : nam utrumque, & bellum & Typhæus (vel vita ejus) in Ætnâ monte contumulatum fuit.

Butirigis.

*At quæ]* Quæ statio sequitur proxima medio cœlo, sive cardini verticali, nec ipsi cedit ; qui cardo summo sive alto cœlo munere fungitur. Victrix priorum est, scilicet, secundæ, sextæ, octavæ stationis, de quibus supra. FAYUS.

*fni]* Cardini.

*Imperiisque manent]* Regna desiderat, & alia vota prosequitur.

Atque

Atque eadem interior venerandâ forte dicatur,  
Cui titulus felix, censum si proxima Grajæ  
Nostra subit linguæ, veterique a nomine nomen.  
Jupiter hic habitat : fortunæ crede regenti.

Huic in perversum similis dejecta sub orbe, 890  
Imaque submersi contingens culmina mundi,  
Adversâ quæ parte nitet ; defessâ peractâ  
Militiâ, rursusque novo devota labori,  
Cardinis & subitura jugum, fortemque potentem,  
Nondum sentit onus mundi ; jam sperat honorem. 895  
Dæmonien memorant Graij : Romana per ora  
Quæritur inverso titulus. Sub corde sagaci  
Conde locum, numenque Dei, titulumque potentis.  
Quæ tibi posterius magnos revocentur ad usûs.  
Hic momenta manent nostræ plerumque salutis, 900  
Bellaque morborum tetrâ pugnantiâ telis,  
Viribus ambiguis, gemini causâque diei  
Nunc huc, nunc illuc, fortem mutantis utramque.  
Sed medii post castra die, curvataque primum

*censum*] Vires, aut æquales  
linguæ nervos.

*Jupiter*] Locus Planetæ.

*perversum*] In oppositum.

Imi cœli notat stationem quintam.  
Habet culmen habitâ ratione cœli  
inversi. Cardinis imi onus subit-  
tura honorifice de se sentit.

*inverso titulus*] Invertendo  
huic nomini Latine adhuc quæri-  
tur vocabulum. Quasi dicat, La-  
tinè adhuc verti non potest.

SCALIGER.

*numenque Dei*] Boni Genii.  
In pectore tuo stationem, numen,  
& nomen Genii potentis erige.

*Hic momenta manent*] In quin-  
tâ domo ponit ægritudines, & sa-  
lutis discrimina. SCALIGER.

*gemini causaque diei*] Causâ, vel  
*propter diem geminæ naturæ* : di-  
viditur enim in lucem & tene-  
bras.

*post castra die*] Est Archaif-  
mus pro *diei*. Post stationem me-  
dii cœli, & declinantia cœli spatia  
a vertice summo, Sol omne illud  
atrium seu arcem cœli ambit : Hoc  
est, totum cœlum percurrit.

Hæc est constructio. Phœbus  
amat atria post medium diem, &  
post curvata culmina cœli primum  
nutantia de summo vertice. Est  
circumscriptio stationis illius,  
quam nonam domum vocant Af-  
tologi. BUTIRIGIS.

Sed

Culmina nutantis summo de vertice mundi, 905  
 Atria Phœbus amat : sub quo quoque corpora nostra  
 Decernunt vitam, & fortunam ex viribus ejus  
 Concipiunt. Deus ille locus sub nomine Grajo  
 Dicitur. Huic adversa nitens, quæ prima resurgit  
 Sedibus ex imis, iterumque reducit Olympum 910  
 Pars mundi, fulvumque nitet, noctemque gubernat,  
 Et dominam agnoscit Phœben, fraterna videntem  
 Regna, per adversas cœli fulgentia partes,

Fataque damnosis imitantem finibus orbis.  
 Huic parti Dea nomen erit Romana per ora : 915  
 Græcia voce suâ titulum designat eundem.  
 Arce sed in cœli, quâ summa acclivia finem  
 Inveniunt, quâ principium declivia sumunt,  
 Culminaque insurgunt occasûs inter & ortûs,  
 Suspenduntque suo libratum examine mundum, 920  
 Afferit hanc Cytherea sibi per sidera sedem,  
 Et veluti faciem mundi sua collocat ora,

*Decernunt vitam*] Vitam percipiunt. Hoc enim Manilius voluit: corpora nostra (id autem est nos) vitam haurire ex illius stationis viribus. BUTIRIGIS.

*Deus ille locus*] Θεός enim dicitur.

*reducit Olympum*] Hoc dicit, quoniam ejus situs est in diluculo. BUTIRIGIS.

*fulvumque nitet*] Quasi luce, ut dicam, sublustri prodit.

*damnosis imitantem*] Versus a Bentejo Manilianis numeris expulsus. Sed in omnibus MSS. extat. Quid est, inquit iste imitantem fata? Dicam. Res huma-

nas sæpissimè fata imminuunt, & id non rarò gradibus certis. Luna damna sustinet in orbitæ imminutione, quando fines ejus contrahuntur gradatim. Rectè ergo Luna fatorum eventûs imitari dicitur, quando orbita gradatim decrescit.

*Dea*] Θεία, id est, Dea. FAYUS.  
*quâ summa acclivia*] Quatuor sequentes versus medium cœlum per amplificationem delineant.

*Et veluti faciem*] medium cœlum ab antiquis astronomis facies mundi vocatur. Venus in medio cœlo locatur, quasi in suâ specie cœli faciem patefaceret.



Per quæ humana suæ propria est hæc addita parti  
 Vis, ut connubia, ac thalamos, tædasque gubernet.  
 Hæc tutela decet Venerem, sua tela movere.  
 Nomen erit Fortuna loco : quod percipe mente,  
 Ut brevia in longo compendia carmine præstem.

925

At quâ subfidit converso cardine mundus  
 Fundamenta tenens, adversum & suspicit orbem,  
 Ac mediâ sub nocte jacet, Saturnus in illâ  
 Parte suas agitat vires, dejectus & ipse  
 Imperio quondam mundi, solioque Deorum ;  
 Et pater in proprios exercet numina casûs,  
 Fortunamque senum. Prima est fortuna duorum,  
 Nascentum, atque patrum, quæ cœli condita pars est. 935  
 Asper, & attentus, titulum cui Græcia fecit  
 Dæmonium, signatque suas pro nomine vires.  
 Nunc agè, surgentem primo de cardine mundum  
 Respice, quâ solito nascentia signa recurfu  
 Incipiunt ; udus gelidis ut Phœbus ab undis  
 Enatat, & fulvo paulatim accenditur igne : 940

*Per quæ humana*] Veneri res connubiales imputantur. Quapropter ejus potestas in his rebus humana dicitur, quoniam in rebus humanis exercetur.

*quod percipe mente*] Plura de hac re dicendi gratiam mihi fac, ut longum carmen faciam compendii. Hoc meminisse & percipisse necesse erit, ne pluribus te obtundam. SCALIGER.

*At quâ subfidit*] Nunc ad imum cœlum descendit poetæ genius : quod sub Saturni tutelâ ponitur.

*in proprios*] In eos casus, qui

ad patrem pertinent, scilicet de liberis, de dotibus, & de conjugis.

*Prima est fortuna*] Imi cœli sedes, inquit, est prima fortuna duorum, natorum & patrum. Nam & alia sunt natorum, ut horoscopus.

*Asper & attentus*] Quis asper & attentus? Nempe Saturnus. A vocibus *prima est fortuna* ad finem versus sequentis parenthesis defuisse videtur.

*surgentem primo*] Ortum cœli describit.

Te tua templa ferunt, Majâ Cyllenie nate ;  
 O facies signata notâ : Quod nomen & ipsi  
 Auctores tibi dant artis, quæ ducit Olympum.  
 In quâ fortunam natorum condidit omnem. 945  
 Natura, eque illâ suspendit vota parentum.

Unus in occasu locus est super : ille ruentem  
 Præcipitat mundum terris, & sidera merfat,  
 Tergaque prospectat Phœbi, qui viderat ora.  
 Ne mirere, nigri si ditis janua fertur, 950  
 Et finem vitæ retinet, mortique locatur.  
 Hinc etiam ipse dies moritur, terrasque per orbem  
 Subripit, & noctis captum sub carcere claudit.  
 Necnon & fidei tutelam vindicat ipsam,  
 Pectoris & pondus. Tanta est in sede potestas, 955  
 Quæ vocat & condit Phœbum, recipitque refertque,  
 Consumitque diem. Tali sub lege notandæ  
 Templorum tibi sunt vires, quas pervolat omnis  
 Astrorum series, ducitque & commodat illis

*Te tua templa]* Te tua statio habet. Mercurius Planeta secundum systema astronomicum, est proximus Soli.

*O facies signata]* Respicit ad Græcorum Hermas, & cippos itinerarios : nam ut illi iter in terris, sic Mercurius cœli permeandi iter indicavisse dicitur. BUTIRIGIS.

*Auctores tibi]* Astronomi. Eorum Ars per cœli tramites nos ducit. In hac statione filiorum fortuna conditur.

*mundum]* Cælum sub Horizonte est cælum sub terris : sidera sub horizonte sunt merfa. Infra horizontem Phœbi videtur tergum, supra facies.

*terrasque per orbem]* Per orbem terrarum, vel potius per globum terrarum, die deficiente facies terrarum propter caliginem inductam, a visu nostro subtrahitur.

*captum]* Nempe orbem. Nam incrementum orationis est.

BUTIRIGIS.

*Pectoris & pondus]* Arcana cordis, quæ sint magni momenti.

*Quæ vocat & condit]* Vocat Phœbum ad se a contrariis cœli regionibus ; & condit vocatum infra horizontem. Horizon recipit, & in causâ est, quòd in oriente resurgit.

*Templorum]* Regionum cœlestium.

Ipsa suas leges ; stellæque ex ordine certo,  
 Ut natura finit, lustrant, variasque locorum  
 Efficiunt vires ; utcumque aliena capeffunt  
 Regna, & in externis subsidunt hospita castris.

960

Hæc mihi sub certâ stellarum parte canentur.  
 Nunc satis est cœli partes titulosque notâsse,  
 Effectûsque loci per se cujusque, deosque,  
 Cui parti nomen posuit, qui condidit artem,  
 Octo topos : per quos stellæ in diversa volantes,  
 Quos reddant motûs, proprio venit ordine rerum.

965

*Ipsa suas*] Ipsa series, five ordo stabilis.

*lustrant*] Et stellæ leges observant, & in stationibus virtutum varietatem statuunt.

*aliena capeffunt*] Sub alieno imperio sunt ; ac, velut hospites, alienis castris seu sedibus hospitaliter otiantur.

Hospita, five *astra hospita* notat, five per contractionem pro *hospitaliter* ponitur.

*sub certâ*] Non extant illa. Monet se alibi observaturum quâ ratione signa & planetæ reddant & accipiant vires a duodecim stationibus. FAYUS.

*deosque*] Sub tutelâ deorum sunt quatuor cardines : ut Horoscopus Mercurii ; medium cœlum Veneris ; imum Saturni, occasus Ditis. SCALIGER.

*Octo topos*] Nomen dedit Thales, qui primum in Græciam a Phœniciâ Astronomiam intulit. Non a locis sed a versuris hæc pars appellatur, quas stellæ in diversa volantes obeunt, per orbem dissectum in partes quatuor, anticam, posticam, summam & imam. BUTIRIGIS.

*proprio venit*] Dicendum ordine est de erraticis stellis, & de eorum motibus.

## M. M A N I L I I

## A S T R O N O M I C O N.

## L I B E R III.

IN nova surgentem, majoraque viribus ausum,  
 Nec per inaccessos metuentem vadere saltus,  
 Ducite Pierides: vestros extendite fines.  
 En conor dignos in carmina ducere cantus.  
 Non ego in excidium cœli nascentia bella,  
 Fulminis & flammæ, partusque in matre sepultos;  
 Hæctora venalem, cineri Priamumque ferentem.  
 Colchida nec referam, vendentem regna parentis,  
 Et lacerum fratrem stupro; segetesque virorum,

*vestros extendite]* Nam ista pars institutionis nobilior altera, utpote quæ ad apotelesmata propius accedat. Illa autem altera, magis in modum tabularum.

SCALIGER.

*cantus]* Modulos.

*in excidium cœli]* Bella gigantum commemorat.

*Fulminis & flammæ]* Fulniæ gigantes percussæ fuerunt, a Jove deturbati, & sub Ætnâ monte sepulti.

*in matre]* Gigantum mater terra.

*Hæctora venalem]* Corpus filii Hectoris auro redemit.

*cineri Priamumque]* Priamum ex Achillis tentorio cadaver Hectoris referentem, quod postea crematum fuit, & in cineres redactum.

*vendentem regna]* Medea patrem prodidit, dum Jasonem edocuit, quâ ratione auferre vellus aureum potuit. FAYUS.

*lacerum fratrem]* Absyrtum.

*segetesque virorum]* Viros ex dentibus draconis, terræ mandatis, ortos.

Taurorumque truces flammæ, vigilemque draconem, 10  
 Et reduces annos, auroque incendia facta,  
 Et malè conceptos partûs, pejusque necatos.  
 Non annosa canam Messanæ bella nocentis,  
 Septenosque duces, ereptaque fulmine flammis  
 Mœnia Thebarum, & victam, quæ vicerat, urbem : 15  
 Germanosve patris referam, matrisque nepotes,  
 Natorumque epulas, conversaque fidera retrò,  
 Ereptumque diem. Nec Persica bella profundo  
 Indicta, & magnâ pontum sub classe latentem,  
 Immissumque fretum terris, iter æquoris undis. 20  
 Non reges magnos. Spatio majore canenda,  
 Quam si tacta loquar, Romanæ gentis origo  
 Totque duces orbis, tot bella, tot otia, & omnis  
 In populi unius leges ut cesserit orbis,

*Taurorumque truces flammæ*] *Æripedes & flammivomos tauros,* quos ope Medæ sub jugum facile misit Jason. FAYUS.

*reduces annos*] *Æsonis,* a Medæ incantamentis ad juventutem revocati.

*auroque incendia*] *Auream pyxidem ad Creusam Medea misit,* quâ patefactâ, ignis eruebat, qui Creusam & regiam totam vastavit.

*Et malè conceptos*] *Filios ex Jafone susceptos,* quos Medea interfecit.

*Non annosa*] *Post 19 annum belli Messeniaci,* a Spartanis Messana excisa fuit. SCALIGER.

*Septenosque duces*] *Bella Atheniensium cum Thebanis notat.* Septem duces ad hoc bellum mittebantur. *Ignem Capaneus The-*

*bis dum minitabatur,* a Jove fulmine percussus periit. FAYUS.

*Germanosve patris*] *Oedipus Jocastam matrem in uxorem duxit, & liberos ex ea suscepit.* Sic fratres patris, & nepotes matris.

*profundo*] *Bellum Xerxis maritimum Græcis illatum.*

*Immissumque fretum*] *Vide Justin. lib. 2. c. 10.* *Maria in terras intulit ad navigationis commodum; & terras in mare Xerxes, cum Hellespontum ponte stravit.*

*Quam si tacta loquar*] *Tacta vocat res protritæ, historias ab omnibus decantatas, quales jam recensuit.* *Origo Romanæ gentis, majore aut longiore circuitione vel tractatione, quam res vulgaræ, canenda, a me in aliud tempus differtur.* SCALIGER.

*Tot otia*] *Tot pacis tempora.*

Differtur. Facile est ventis dare vela secundis, 25  
 Fœcundumque solum varias agitare per artes,  
 Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa  
 Materies niteat. Speciosis condere rebus  
 Carmina vulgatum est opus, & componere simplex.

At mihi per numeros, ignotaque nomina rerum, 30  
 Temporaque, & varios casus, momentaque mundi,  
 Quorum quæque vices, partesque in partibus ipsis  
 Luctandum est. Quæ nôsse nimis quid? dicere, quantum est!  
 Carmine quæ proprio, pedibus quæ jungere certis!  
 Huc ades, O quicumque meis advertere cœptis 35  
 Aurem oculosque potes, veras & percipe voces;  
 Non ad juratos reges, Trojamque cadentem  
 Impendas animum, nec dulcia carmina quæras.  
 Ornari res ipsa negat, contenta doceri.  
 Et si qua externâ referentur nomina linguâ, 40  
 Hoc operis, non vatis erit. Non omnia flecti  
 Possunt, & propriâ meliùs sub voce notantur.

*Facile est ventis*] Cum sit materia scribendi in se exornata seu speciosa, nullus labor aut nulla oritur difficultas in tali materiâ tractandâ, quoniam, cum sit tota in se teres atque rotunda, pauca aut pene nulla ornamenta a scriptoris ingenio requirat.

*Speciosis condere*] Ordo sententiæ ita accipiendus. Opus est commune & simplex scribere & componere carmina ubi res sunt in se ornatae sive speciosæ.

*ignotaque nomina rerum*] Multa in hâc scientiâ occurrunt, vocibus peregrinis referta.

*momentaque mundi*] Motûs cœli.

*Quorum quæque vices*] Quorum sunt vicissitudines, quas singulæ habent eorum vires.

*partesque in partibus*] In ipsis partibus, ipsæ existunt partes, tanta est horum corporum divisio.

*Quæ nôsse nimis, quid*] Hoc ait Poeta. Omnia hæc quæ innocentescant nobis, sunt nimium quiddam, aut valde arduum. Sed de his scribere multò magis arduum, quæ sunt versibus, certis pedibus constructis, exposita.

*juratos reges*] Græcos & Trojanos, qui infesti in arma juraverant. FAYUS.

*contenta doceri*] Contenta manifestari, seu probari.

*flecti*] In Latinam linguam.

Nunc

Nunc age, subtili rem summam perspice curâ,  
 Quæ tibi præcipuos usûs monstrata ministret,  
 Et certas det in arte vias ad fata videnda, 45  
 Si bene constiterit vigilantî condita sensu.  
 Principium rerum & custos natura latentum,  
 Cum tantas strueret moles per mœnia mundi,  
 Et circumfufis orbem concluderet astris  
 Undique pendentem in medium, diversaque membra 50  
 Ordinibus certis sociaret corpus in unum,  
 Aeraque & terras, flammamque, undamque natantem  
 Mutua in alterutrum præbere alimenta juberet ;  
 Ut tot pugnantes regeret concordia causas,  
 Staretque alterno religatus fœdere mundus, 55  
 Exceptum à summâ ne quid ratione maneret,  
 Et quod erat mundi, mundo regeretur ab ipso :  
 Fata quoque & vitas hominum suspendit ab astris,  
 Quæ summas operum partes, quæ lucis honorem,  
 Quæ famam affererent, quæ nunquam fessa volarent : 60  
 Quæ, quasi per mediam, mundi præcordia, partem,

*fata videnda*] Fatales rerum eventus.

*Si bene constiterit*] Si ars vigilantia promoveatur, & industrie excolatur.

*mœnia mundi*] Per cœlum, quo univèrsum, quasi mœnibus, cingitur. FAYUS.

*orbem*] Orbem cœli.

*in medium*] Cœlum undique in medio quasi pendens univèrsi.

*corpus in unum*] In totum univèrsum.

*in alterutrum*] In alimentum mutuum.

*Exceptum a summâ*] Sensus

est, ne pars ulla a supremâ causâ esset semota.

*suspendit*] Natura suspendit.

*summas operum*] Athlorum, quæ per signa Zoliaci disponuntur. FAYUS.

De Athlis mox dicitur.

Athla propriè sunt ea, quæ Latini Studia, artes, certamina vocant. Vulgò professiones in idiotismo dicimus. Arabes suâ linguâ Magisteria vocant.

SCALIGER.

*Quæ famam*] Dignitatem propter splendorem sibi vindicarent.

*mundi præcordia*] Præcordia mundi Zodiacum vocat.

Disposita obtineant ; Phœbum, lunamque vagasque  
Evincant stellas, necnon vincantur & ipsa.

His regimen natura dedit, propriasque sacravit  
Unicuique vices, sanxitque per omnia, summam 65  
Undique ne fati ratio traheretur in unam.

Nam quodcunque genus rerum, quodcunque laborum,  
Quæque opera atque artes, quicumque per omnia casus  
Humanæ in vitæ poterant contingere forte  
Complexa est: in tot partes, quot & astra locarat, 70  
Res posuit, certasque vices: sua nomina cuique  
Attribuit, totumque hominis per sidera censum  
Ordine sub certo duxit, pars semper ut eidem  
Affinis parti vicinis staret in astris.

Horum operum sortes ad singula signa locavit, 75

*vagasque evincant stellas*] Stel-  
læ vagæ, seu erraticæ, sunt Pla-  
netæ. Evincant stellas, quia eve-  
niat, stellas a signis, & vicissim sig-  
na a stellis superentur.

SCALIGER.

*ne fati ratio*] Non unam sum-  
mam, aut rationem factorum esse,  
ait. Nam aliud thema genituræ,  
aliud thema Athlorum.

SCALIGER.

*Nam quodcunque genus*] Sicut  
sunt duodecim signa Zodiaci, ita  
duodecim Athlorum sortes, quæ,  
dum signa in orbem voluntur,  
singulis signis respondent, initio  
facto ab ea Athlorum sorte, quæ  
Fortuna est. FAYUS.

*Complexa est*] Hæc omnia com-  
plexa est.

*quot & astra*] Quot enim  
Zodiaci signa, tot Athla sunt.

SCALIGER.

*Res posuit, certasque vices*] Tot sunt partes omnium rerum,  
quæ vitam humanam afficiunt, tot  
sunt sortes, quot sunt sidera.

*totumque hominis*] Quicquid  
ad hominem attinet per vocem  
*censum* notatur. Totus igitur  
hominis census, est tota hominis  
fortuna.

*pars semper ut eidem*] Ita enim  
duodecim Athlorum sedes positæ  
sunt per sidera, ut quæ fors vicina  
est alteri forti, ea quoque respon-  
deat signi stationi propriæ; altera  
vero illa fors, vicini signi stationi;  
& ita de cæteris per ordinem.

FAYUS.

Q

Non



Non ut in æternâ cœli statione manerent,  
 Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus  
 Ex iisdem repetita locis : sed tempore sedes  
 Nascentum acciperent proprias, signisque migrarent,  
 Atque aliis alia fors quæque accederet astro, 80  
 Ut caperet genitura novam per sidera formam,  
 Nec tamen incerto confunderet omnia motu :  
 Sed cum pars operum, quæ primâ condita forte est,  
 Accepit propriam nascentis tempore sedem,  
 Cætera succedunt, signisque sequentibus hærent. 85  
 Ordo ducem sequitur, donec venit orbis in orbem,  
 Ut quoniam stellæ septem læduntve, juvantve,  
 Cardinibusque movet divina potentia mundi ;  
 Sic felix aut triste venit per singula fatum,  
 Talis & ullius fors est speranda negoti. 90  
 Hæc mihi solenni sunt ordine cuncta canenda,  
 Et titulis signanda suis, rerumque figuris,

*Non ut in æternâ]* Mobilis fors fortunæ, ut Horoscopus. Ergo & omnes actiones mobiles, neque stabile, ut ille dicit, stabulum habent. SCALIGER.

*repetita locis]* Quæ repetita? Non *signa*, neque *opera*. Neque fortes dicantur *repetita* sed *repetitæ*. Nullo modo solvi potest scrupulus, nisi dicamus, neutraliter est vox accipienda. Ita sensus erit, non ut quæ repetita sunt ex iisdem locis manerent, &c. id est, eâ quasi repetita.

*signisque migrarent]* Docet has duodecim athlorum fortes, non immotâ statione manere ad certa signorum castra; sed moveri, seu potius mutari ad varia signorum castra; scilicet ne fatorum

ratio in omnibus genituris ab uno & eodem capite semper duceretur. FAYUS.

*signisque migrarent]* Nempe fortes migrarent a signis ad signa.

*quæ primâ]* Id est, fortunæ fors, quæ Athlorum princeps & dux. FAYUS.

*Cætera succedunt]* Cæteræ fortes Athlorum.

*donec venit orbis]* Donec orbis unusquisque orbi succedit, aut orbem subsequitur, & migratio tota adimpletur.

*Cardinibusque movet]* Divina Vis in earum cardinibus, stellas compefcit & moderatur.

*rerumque figuris]* Verbis, quæ sunt, rerum notæ.

Ut pateat pōsitura operum, nomenque, genusque.  
 Fortunæ fors prima data est. Hoc illa per artem  
 Censetur titulo, quia proxima continet in se 95  
 Fundamenta domûs, domuique hærentia cuncta :  
 Qui modus in fervis, qui sit contentus in arvis,  
 Quâque datum magnas operum componere moles,  
 Ut vaga fulgentis concordant fidera cœli.  
 Post hanc militiæ locus est : quâ quicquid in armis, 100  
 Quodque peregrinas inter versantibus urbes  
 Accidere affuevit, titulo comprehenditur uno.

Tertia ad urbanos statio est numeranda labores.  
 Hoc quoque militiæ genus est, civilibus actis  
 Compositum, fideique tenet parentia vincla : 105  
 Format amicitias, & sæpe cadentia frustra  
 Officia, & cultûs contingant præmia quanta  
 Edocet, appōsitis cum mundus consonat astris.

Judiciorum opus in quartâ natura locavit,  
 Fortunamque fori, fundentem verba patronum, 110  
 Pendentemque reum linguâ, rostrisque loquentem

*per artem*] Scilicet artem Astronomicam. beneficium, ab illo in quem confertur, negligitur. Hoc sensu,

*qui sit contentus*] Qui modus in fervis, aut agris contentus, & officium frustra confertur, aut frustra in talem virum cadit.

circumscribitur sit. SCALIGER. *'mundus*] Cœlum.

*Quâque datum*] Quâ viâ aut ratione. *Pendentemque re in linguâ*] Ille, qui accusatur, ex voce, argumentis & dotibus causidici pendet, in ejus fide requiescit, in ejus peritiâ causam suam reponit.

*Ut vaga fulgentis*] Id est, ut Planetæ consenserint, seu læserint, juverintve. FAYUS.

*peregrinas inter*] In itinere enim sæpe cum obviis & peregrinis est pugnandum. Idem.

*sæpe cadentia frustra*] Nonnunquam collatum officium aut *rostrisque loquentem*] Loquentem novè dixit pro Oratore. Rhetor ad verbum est loquens, locutor. SCALIGER.

Impositum, & populo nudantem condita jura :

Atque expensa suâ solventem jurgia fronte,

Cum judex vero nihil amplius advocat ipso.

Quicquid propositas inter facundia leges

115

Efficit, hoc totum partem concessit in unam,

Atque, utcunque regunt dominantia sidera, manat.

Quintus conjugio gradus est per signa dicatus,

Et socios tenet & comites, atque hospitium unâ

Jungitur, & similes conjungens fœdus amicos.

120

In sextâ dives numeratur copia fede,

Atque adjuncta salus rerum : quarum altera, quanti

Contingant usûs, monet : altera, quam diuturni :

Sidera ut inclinant vires, & templa gubernant.

Septima censetur sævis horrenda periclis,

125

Si malè subscribunt stellæ per signa locatæ.

*Impositum*] In rostris locatum.  
*nudantem condita jura*] Qui  
nudam veritatem populo recludit,  
in lite defendendâ.

*condita jura*] Leges promul-  
gatas, vel potiùs jus antiquum &  
receptum. FAYUS.

*Atque expensa*] Diu animad-  
versa jurgia, antequam causam ora-  
ret, & hoc fronte seriâ aut sollici-  
tâ ; ne temerè defendendâ lite, fiat  
injuria.

*advocat*] Venustè dictum de  
Oratore bono. Hic solvit, inquit  
Manilius, suâ fronte expensa jur-  
gia, quum judex *vero*, id est, ad  
cognitionem probationemque veri,  
*nihil amplius advocat* quam patro-  
nus ipse. BUTIRIGIS.

*in unam partem*] Nempe hoc  
in unum locum cedit aut abit.

*dominantia sidera, manat*] Et,  
sicut Planetæ cœlum afficiunt, om-  
ne hoc in genus humanum diffun-  
ditur.

*Et socios tenet & comites*] Socii,  
sunt ii qui in amicitia sunt juncti :  
comites, ii quibuscum unâ sumus,  
& sermones ferimus, prout fors  
ferat.

*adjuncta salus rerum*] Rerum,  
quas habemus, securitas & conser-  
vatio.

*quarum altera*] Divitiarum &  
bundantia.

*Sidera ut inclinant*] Id est,  
prout Planetæ cœlum ac signa af-  
ficiunt. FAYUS.

*templa*] Signorum castra, aut  
stationes. Idem.

*malè subscribunt*] malè favent.

Nobilitas tenet octavam : quâ constat honoris  
 Conditio, & famæ modus, & genus, & specioso  
 Gratia prætextu. Nonus locus occupat omnem  
 Natorum fortem dubiam, patriosque timores, 130  
 Omniaque infantum mixtâ nutritia turbâ.  
 Huic vicinus erit, vitæ qui continet actum ;  
 In quo fervorum mores, & qualibus omnis  
 Formetur domus exemplis : quoque, ordine certo,  
 Ad sua compositi discedant munera servi. 135  
 Præcipua undecimâ pars est in forte locata,  
 Quæ summam nostri semper, viresque gubernat :  
 Quâque valetudo constat, nunc libera morbis,  
 Nunc oppressa : movent ut mundum fidera cunque.  
 Non alia est sedes, tempusve genusve medendi 140  
 Quæ sibi deposcat, vel cujus tempore præstet  
 Auxilium in vitæ succos miscere salubres.  
 Ultimus & totam concludens ordine summam  
 Rebus apiscendis labor est, qui continet omnes  
 Votorum effectûs, & quæ sibi quisque suisque 145  
 Proponit studia atque artes, hæc irrita ne sint :  
 Seu ferat officium, nutûs blanditur in omnes ;

*Gratia prætextu*] Ille, qui viri splendidi & divitis speciem præ se fert, apud omnes gratiofus.

*Omniaque infantum*] Omnia, quæ ad puerorum educationem spectant, a nutrice ad pædagogum.

Manuscriptus & Rom. *Intran- tum mixta*. Intrantrum autem, nempe in hanc vitam. BUTIRIGIS.

*compositi*] Proni & parati. *movent ut mundum*] Prout Planetæ cælum impellunt.

*Non alia est sedes*] Nullus alius locus est ; hic enim locus aut sedes

pariter medelam æquè ac morbum sibi vindicat.

*succos miscere*] Liquores, qui, dum morbus ingravescit, ad restituendam valetudinem plurimum valent ; liquores nempe medicos.

*Rebus apiscendis*] Divitiis quærendis.

*irrita ne sint*] Irrita ne sint studia, quæ sibi quisque proponit.

*nutûs blanditur*] Paratus, quæ quis imperavit, facere ; quando- cunque officium postulet.

Aspera five foro per litem jurgia tentet,  
 Fortunamve petat pelago, ventisque sequatur,  
 Seu Cererem plenam, vincentemque horrea messëm, 150  
 Aut repetat Bacchum per pingua musta fluentem.  
 Hâc in parte dies, atque hâc momenta dabuntur,  
 Si bene convenient stellæ per signa sequentes :  
 Quarum ego posteriùs vires in utrumque valentes  
 Ordine sub certo reddam, cum pandere earum 155  
 Incipiam effectûs. Nunc, nè permixta legentem  
 Confundant, nudis satis est insistere membris.

Has autem facies rerum per signa locatas,  
 In quibus omnis erit fortunæ condita summa,  
 Athla vocant Graii. Quæ cuncta negotia rerum 160  
 In genera, & partes bis sex divisa cohærent.

Et quoniam toto digestos orbe labores,  
 Nominaque in numerum, viresque exegimus omnes,  
 Nunc, quibus ascendant signis, quandoque, canendum est.

*vincentemque horrea messëm*] E  
 Virgillii Georg. dictio desumpta.  
 L. 49.

Illius immensæ ruperunt horrea messes.

*Hâc in parte dies*] Dies & tempus in hoc loco aut hâc statione dabuntur, in quibus omnia hæc ante memorata opportunè absolventur.

*posteriùs*] Postea aut posthac.

*in utrumque*] In utramque partem.

*earum*] Stellarum.

*nè permixta legentem*] Nè lectorem confusæ rerum ambages perturbent.

*Athla vocant*] Quasi certamen, labor, opus. Recentioribus autem dicitur actio; id est, studium, ars, professio. FAYUS.

*Et quoniam toto*] Orbe, circulo Zodiaci, cujus divisione fiunt XII domicilia. SCALIGER.

*toto orbe*] Toto cæli circulo,

*labores*] Duodecim signorum.

*in numerum*] In carminis mensuram.

*quibus ascendant*] Præmonet Poeta, se docturum modum inveniendi Athlorum loca, per signa.

FAYUS.

Perpetuas neque enim sedes, eademve per omnes 165  
 Sidera nascentes retinent : sed tempore mutant,  
 Nunc huc, nunc illuc signorum mota per orbem ;  
 Incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo est.  
 Ergo age, nè falsâ variet genitura figurâ,  
 Si sua quemque voles revocare ad fata laborem, 170  
 Fortunæ perquire locum per sidera cuncta,  
 Quæ primo pars est numero sic dicta sub Athlis.  
 Qui tibi cum fuerit certâ ratione repertus,  
 Cætera prædicto subeuntibus ordine signis  
 Conjunges, teneant proprias ut singula sedes. 175  
 Et nè forte vagus fortunæ quærere sedem  
 Incipias, duplicem certa ratione capeffe.  
 Cum tibi, nascentis percepto tempore, forma  
 Constiterit cœli, stellis ad signa locatis,

*per omnes*] Per omnes labores, Athla non servant easdem stationes, aut eadem signa; aut per omnes partes, quando oriuntur.

*tempore mutant*] Certis temporibus variantur.

*mota per orbem*] Mota Athla per circulum signorum.

*Incolumis tamen*] Attamen, quamvis ambulatoria sunt, tamen salvo ordine variant. SCALIGER.

*nè falsâ variet*] Ne fallaris, in fortunæ loco investigando; & ita de geniturâ aliter quam rectè sentias.

*ad fata*] Ad effectûs qui de fato nascuntur.

*laborem*] Athli uniuscujusque impetum.

*pars est numero*] Fortuna primum locum inter Athla tenet.

*Cætera prædicto*] Athlorum cæteras vires signis insequentibus adjunges.

*vagus*] Sine certo ordine, & formulâ disciplinæ, res ignotas investigare.

*duplicem*] Monet certam se traditurum rationem, quâ duplex fortunæ locus per sidera inveniantur. FAYUS.

*Cum tibi nascentis*] Dum quis nascitur, observandum esse, an de die, an de nocte nascatur. Hinc enim duplex ratio inveniendi fortunæ locum per signa: altera per solis, altera per Lunæ stationem in signis. Idem.

*stellis*] Planetis.

Transverso Phœbus si cardine celsior ibit, 180  
 Qui tenet exortum, vel qui demergit in undas,  
 Per tempus licet affirmes narum esse dici.  
 At si subjectis senis fulgebit in astris,  
 Inferior, dextrâ lævâque renentibus orbem  
 Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus. 185

Hæc tibi cum fuerint certo discrimine nota,  
 Tum si forte dies nascentem exceperit alma,  
 A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes  
 Signorum : ortivo totidem de cardine duces,  
 Quem bene partitis memorant Horoscopton astris. 190  
 In quodcunque igitur numerus pervenerit astrum,  
 Hoc da fortunæ. Junges tunc cætera signis  
 Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.  
 At cum obducta nigris nox orbem texerit alis,

*Transverso Phœbus*] Si Sol sit eo tempore supra ortum, cardinem habens transversum; & supra occasum cardinem quoque transversum, affirmes genituram esse diurnam.

*subjectis senis.* Si vero Sol sit infra terras, & in sex signis ibi positus, & infra cardines ad dextram & sinistram orbem cæli occupantes, nempe ortum & occasum, affirmes genituram esse nocturnam.

*certo discrimine*] Distinctè vel apertè.

*Tum si forte dies*] Id est, numerabis quot gradus intersint inter solem & lunam, incipiendo ab eo gradu signi, in quo Sol tunc lucet, & procedendo ad usque gradum signi, in quo tunc Luna lucet, per

signa subeuntia a dextrâ in sinistram, quo motu planetæ feruntur, FAYUS.

*partes*] gradus.

*ortivo totidem*] Ab Horoscopo totidem detrahenda.

*partitis*] Ritè divisis signis per suos quibusque triginta gradus.

*In quodcunque igitur*] Quodcunque signum. FAYUS.

*Junges tunc cætera*] Cætera signa fortem fortunæ ordine sequuntur, tanquam Horoscopum.

SCALIGER.

*At cum obducta*] Rom. non inveniuste. *At cum suffectis, &c.* *Suffectis* autem, id est, infectis, nigro coloratis. Et magis probem.

BUTIRIGIS.

Si quis erit, qui tum maternâ excefferit alvo, 195  
Verte vias, sicut naturæ vertitur ordo.

Consule tum Phœben imitantem lumina fratris  
Semper, & in proprio regnantem tempore noctis.  
Quotque ab eâ Phœbus partes & signa recedit,  
Tot numerare jubet fulgens Horoscopus a sè. 200  
Hunc fortuna locum teneat, subeuntibus Athlis,  
Ordine naturæ sicut sunt cuncta locata.

Forfitan & quæras agili rem corde notandam,  
Quâ ratione queas a tali tempore nati  
Exprimere immerso surgentem Horoscopton orbe. 205  
Quod nisi subtilis visus ratione tuetur,  
Fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo ;  
Cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,  
Mentitur faciem mundus, nec constat origo,

*Verte vias*] Nimirum contrario ordine est procedendum: hoc est, a lunâ ad solem secundum signa consequentia. Et idem erit. Nam eodem recidit numerus.

SCALIGER.

*Quotque ab eâ Phœbus*] Hoc est, quantum Sol a Lunâ distat per signa antecedentia, tantum fors fortunæ ab Horoscopo.

SCALIGER.

*subeuntibus Athlis*] Succedentibus, aut insequentibus alijs operibus aut laboribus cœlestium signorum.

*Forfitan & quæras*] Neque Athla sine sorte fortunæ, neque fors fortunæ sine Horoscopo indagari potest. Nam Athlorum fors fortunæ, & fortis fortunæ Horoscopus dux est. Necessariò igitur indagandus Horoscopus.

SCALIGER.

*a tali tempore*] Hoc est, dato tempore Horoscopus indagare. A tali dato tempore, nempe quando puer nascitur. Idem.

*immerso*] Ab inferioribus cœli partibus, scilicet infra nostrum Horizontem.

*nisi subtilis visus*] *Nisi sub stellis visus.* Quia & horoscopo & arti fit injuria, nisi horoscopus sub stellis visus: id est, perceptus stellarum lege, teneatur lege certâ,

BUTIRIGIS.

Supra eadem dictio occurrit. *Perspice nunc tenui visu.*

*Cardinibus falsis*] Falses cardines, fallaces vocat, propter mobilitatem; nam falsi, quia ferè semper inæquales. SCALIGER.

*Mentitur faciem*] Falsum vultum induit, nec signorum origo aut initium constat,



Flexaque momento variantur fidera templi. 210  
 Sed quanta effectu res est, tam plena laboris,  
 Curfibus æternis mundum per figna volantem,  
 Ut totum luftret curvatis arcubus orbem,  
 Exprimere; & vultus ejus componere certos;  
 Ac tantæ molis minimum deprendere punctum: 215  
 Quæ pars exortum, vel quæ fastigia cœli,  
 Aut ferat occafus, aut imo federit orbe,  
 Nec me vulgatæ rationis præterit ordo,  
 Quæ binas tribuit fignis furgentibus horas,  
 Et paribus fpatiis æqualia digerit astra: 220  
 Ut parte ex illâ, quâ Phœbi cæperit orbis,  
 Difcedat numerus, fummamque accommodet aftris,  
 Donec perveniat nascentis tempus ad ipfum:  
 Atque ubi fubfiterit, fignum dicatur oriri.

*Flexaque momento*] A puncto motus figna inclinantia, eo instanti variantur, *Templi*, cœli.

*mundum per figna*] Perpetuò cœlum movetur per fidera.

*orbem*] Circulum fignorum.

*Quæ pars exortum*] In primis observandum est, quæ figna quatuor cardines teneant, ut inde faciliùs innotefcat, quas mediâs cœli partes figna teneant.

*imo orbe*] In infimo cœlorum circulo.

*Nec me vulgatæ*] Non placet, inquit, vulgata methodus, quæ binas horas, fignis ascendentibus tribuit. Tricenarum partium est fignum. Quindenî gradûs horam confummant. Ergo unumquodque fignum ab eo, quod partium tricenarum est, binarum horarum erit. Hæc illi ita. Sed cum Zodiaci ratio habeatur, falfo id colligunt. Signa enim non æqualiter oriun-

tur. Non funt igitur tricenarum partium, atque propterea binarum horarum non funt. Si inæqualia funt, inæqualia tempora habebunt.

SCALIGER.

*astra*] Signa æqualibus fpatiis paria affignat.

*Ut parte ex illâ*] A loco folis horarias illas detrahebant partes feu tempora: & ubi fumma confistebat, ibi horoscopus collocabant. Idem.

*fummamque accommodet*] Quot figna ab ortu folis ad tempus genituræ afcenderint, tot binas horas diftribuant. Idem.

*nascentis*] Signi horoscopantis aut exorientis. Observabant quâ horâ aliquis nasceretur; ab hæc horâ ad ortum folis retrocedebant, tribuendo fingulis fignis binas horas, donec ad ipfum orientis cardinem perveniffent. FAYUS.

Sed

Sed jacet obliquo signorum circulus orbe, 225  
 Atque alia inflexis oriuntur sidera membris :  
 Ast illis magis est rectus surgentibus ordo,  
 Ut propius nobis aliquod, vel longius astrum est.  
 Vix finit luces Cancer, vii bruma reducit :  
 Quam brevis illa jacet, tam longus circulus hic est. 230  
 Libra Ariesque parem reddunt noctemque diemque.  
 Sic media extremis pugnant, extremaque summis.  
 Nec nocturna minus variant, quam tempora lucis :  
 Sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.  
 In tam dissimili spatio, variisque dierum 235  
 Umbrarumque modis, quis possit credere in auras  
 Omnia signa pari mundi sub lege meare ?  
 Adde quod incerta est horæ mensura, neque ullam  
 Altera pars sequitur : sed sicut, summa dierum  
 Vertitur, & partes surgunt, rursusque recedunt. 240

*Atque alia inflexis]* Alia signa obliquè oriuntur.

*Ast illis magis est]* Obliquitatem signorum intervallo majori, rectas autem ascensiones vicinitati ascribi, ait Poeta. SCALIGER.

*Vix finit luces]* In æstate, a rectâ positione astrorum, adeo tam longus circulus, ut vix finiiri queat a Cancro. Contra in hyeme, ab obliquâ positione, luces aut dies bruma vix reducat, & hoc propter obliquitatem positionis.

*Libra Ariesque parem]* Quoniam æqualiter a nobis recedunt.

*Sic media extremis]* Media signa, Aries & Libra extremis Cancro & Capricorno opponuntur. *Extremumque Capricornus extremo Cancro opponitur.* Quâ-

lis diuturnitas dici in altero signo, talis est nox in altero opposito.

FAYUS.  
*tantum adversis]* *Adversus* quasi ad se versus, id est, non explicatus, sed solidus. Sic adversus annus, totus in se. Idem ergo stat ordo adversis mensibus, qui adversis annis: una enim pars alteri minimè ex æquo respondet, sed manifesta est in eis dierum inæqualitas. BUTIRIGIS.

*idem ordo]* Par ratio.

*in auras]* In æthera.

*Vertitur]* Volvitur hora sicut dies omnes. Partes ejus oriuntur, & decedunt. Hoc dictum secundum Italorum consuetudinem, qui diem ac noctem metiuntur ortu & occasu solis. FAYUS.

Cum tamen in quocunque dies deducitur astro,  
 Sex habeat suprâ terras, sex signa sub illis.  
 Quo fit, ut in binas non possint omnia nasci,  
 Cum spatium non sit tantum pugnantibus, horis.  
 Si modo bis fenæ servantur luce sub omni,  
 Quem numerum debet ratio, sed non capit usus.

245

Nec tibi constabunt aliter vestigia veri,  
 Ni, lucem noctemque pares dimensus in horas,  
 In quantum vario pateant sub tempore nôris ;  
 Regulaque exactas primùm formetur in horas,  
 Quæ segnemque diem, segnes perpendat & umbras.  
 Hæc erit in Librâ, cum lucem vincere noctes  
 Incipiunt, vel cùm medio concedere vere.

250

*in quocunque dies]* In quocunque signo dies nascitur, iste dies habet sex signa suprâ terras, & sex infra.

*Cum spatium non sit]* Cum omnibus non sit spatii tantum, ut eorum ascensio binas horas compenset. Pugnantes horas dicit, non admittentes, adversantes aut repugnantes spatium illud, quod sufficiat omnibus signis in binas nasci. SCALIGER.

*luce sub omni]* Unoquoque die.

*Quem numerum debet ratio]* Numerum accipe horarum æquale, ac non pugnantium.

BUTIRIGIS.

Aliæ horæ sunt ratione, aliæ usu. Quodlibet signum continet 30 grad. quælibet hora 15 grad. unde ratio videtur docere binas horas in singula signa duci. Ve-

rum id usus non capit, quia tempora dierum non mensurantur Zodiaci longitudine ; sed signorum ascensione, quæ modo recta, modo inflexa surgunt. FAYUS.

*vario pateant]* In quantum tempus producantur, diverso anni tempore.

*Regulaque exactas]* Ut sit quædam mensura, vel horaria norma, a quâ horæ adumbratæ distinguantur.

*segnes perpendat]* Noctes longas.

*Hæc erit in Librâ]* Hæc norma, seu regula in Librâ formanda est. A Librâ enim ad Capricornum longissima noctium mensura ducenda est.

*concedere]* Cedunt diebus noctes medio vere ; tum enim dies pedetentim augentur.

Tunc

Tunc etenim solùm bis fenas tempora in horas  
 Æqua patent, medio cum currit Phœbus Olympo. 255  
 Hic, cum per gelidas hyemes summotus in austros  
 Fulget in octavâ Capricorni parte biformis ;  
 Tunc angusta dies vernaes vertit in horas  
 Dimidiam atque novem : sed nox oblita diei  
 Bis septem, appositâ, numerus nè claudicet, horâ 260  
 Dimidiâ. Sic in duodenas exit utrinque,  
 Et redit in solidum naturæ condita summa.  
 Inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces,  
 Donec ad ardentis pugnârint fidera Cancri.  
 Atque ibi conversis vicibus, mutantur in horas 265  
 Brumales : noctemque dies, lucemque tenebræ  
 Hibernam referunt, alternaque tempora vincunt ;  
 Nunc huc, nunc illuc gradibus per fidera certis  
 Impulsæ ; quarum ratio manifesta per artem  
 Collecta est, venietque suo per carmina textu. 270

*medio cum currit*] In æquinoc-  
 tiali scilicet circulo, qui mundum  
 in duo æqualia hemisphæria divi-  
 dit. SCALIGER.

*Hic*] Phœbus.

*octavâ Capricorni*] Hyemis ini-  
 tium in octavo gradu Capricorni  
 ab antiquis astronomis disponeba-  
 tur.

*vertit in horas*] *Vertit* pro ver-  
 titur. Vernaes, quæ ab hyema-  
 libus in vernaes crescunt.

FAYUS.

*Dimidiam atque novem*] In  
 novem horas— & dimidiam. Hoc  
 dictum a poetâ, secundum Eudoxi  
 Astronomi doctrinam.

*Bis septem*] In quatuordecim  
 vertitur, dimidiâ adjunctâ, ut  
 summa 24 hor. diei naturalis adim-  
 pleatur. FAYUS.

*in duodenas*] Uterque arcus,  
 nocturnus & diurnus conjunctus  
 integram revolutionem facit. Re-  
 volutio mundi redit in solidum,  
 nempe 24. Tot horarum integer  
 circulus. SCALIGER.

*pugnârint*] Donec ad signa  
 Cancri dies certatim accedant.

*Atque ibi, conversis vicibus*] Id  
 est, ab initio Cancri ad Capricor-  
 num, dies in hyemales horas ver-  
 tuntur : dies similis nocti, nox diei  
 hybernæ similis, & tempora vi-  
 cissim valent, nempe æstas &  
 hyems, ver & autumnus. Sive in-  
 telligas hoc modo. Dies certis  
 gradibus progredientes, tempesta-  
 tes vicissim subeuntes arguunt.

*suo textu*] Mox suo ordine in-  
 dicabitur.

Atque

Atque hæc est illas demum mensura per oras,  
 Quas rigat æstivis gravidus torrentibus amnis  
 Nilus, & erumpens imitatur sidera mundi  
 Per septem fauces, atque ora fugantia pontum.

Hæc via monstravit stadiorum ponere summas, 275  
 Et numerare suos ortûs per sidera cuncta.  
 Quod bene cum propriis semel acceptaveris horis,  
 In nullâ fallet regione Horoscopus unquam,  
 Cum poterunt certis numerari singula signa  
 Temporibus parte ex illâ, quam Phœbus habebit. 280

Nunc age, quot stadiis & quanto tempore surgant  
 Sidera, quotque cadant, animo cognosce sagaci;  
 Ne magna in brevibus pereant compendia dictis.

Nobile Lanigeri fidus, quod cuncta sequuntur,  
 Dena quater stadia exoriens, duplicataque ducit, 285

*imitatur sidera*] Septem planetæ, per septem fauces adumbrati sunt & per ora; quæ mare, utcunque erumpunt, propellunt.

*Horoscopus*] Natalis cœli, signum ascendens.

*parte ex illa*] Id est, ex illo signo, aut signi gradu in quo sol erit, dum quis fuerit natus.

FAYUS.

*Ne magna in brevibus*] Ne illa quæ in hoc opere utilia sint, & memoriâ digna, ob nimiam brevitatem, intelligentiam fugiant. Augustum itaque monet seu lectorem, ut sagaciter hæc exploret;

ut animo, ad hæc studia parato & instructo, accingatur.

*Ne magna in brevibus*] Hic versus felicissimè a Bentlejo castigatus. In plurimis MS. ita legitur.

*Ne magna brevibus careant compendia, &c.*

Qui versus communi sensu planè caret.

*Dena quater stadia*] Quadraginta stadia oriens Aries habet, quæ gradûs 20 efficiunt. Dum vero occidit, stadia habet 80 ita duplicata. FAYUS.

Cum cadit ; atque horam surgens, ejusque trientem  
 Occupat ; occiduus geminat : cùm cætera signa  
 Octonis crescunt stadiis orientia in orbem,  
 Et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras,  
 Hora novo crescit per singula signa quadrante, 290  
 Tertiaque in quartam partem sic ducitur ejus.  
 Hæc sunt ad Libræ fidus surgentibus astris  
 Incrementa ; pari momento damna trahuntur,  
 Cum subeunt orbem, rursusque a sidere Libræ  
 Ordine mutato, paribus per tempora versa 295  
 Momentis redeunt. Nam per quot creverat astrum  
 Lanigeri stadia aut horas, tot Libra recedit.  
 Occiduusque Aries spatium tempusque morandi  
 Quod tenet, in tantum Chelæ consurgere perstant.  
 Ejus in exemplum se signa sequentia vertunt. 300

*ejusque trientem*] Id est, horæ  
 tertiam partem ; nimirum minuta  
 20. Quinque vero reliqua signa,  
 dum exoriuntur, singula crescere  
 stad. 8. Idem.

*in orbem*] Super terras.

*totidem*] Nempe stadia 8.

*gelidas vergentia*] In occasu.  
 Gelidum solet vocare, quod solis  
 aut stellarum lumine privatum est.

SCALIGER.

*Hora novo crescit*] Octo stadia  
 sunt sexdecim horaria minuta :  
 qui est quadrans horæ uno minuto  
 plus. Sed illud omisit propter  
 exiguitatem. Tertia pars ejus  
 quadrantis est 5. hæc pars in quin-  
 que signa crogata, dat singulis  
 unitatem ; quæ unitas juncta cum  
 15 dabit 16. sequitur ut singula  
 signa crescant minutis 16.

SCALIGER & FAYUS,

*surgentibus astris*] Signis ori-  
 entibus post signum libræ.

*Cum subeunt orbem*] Damna  
 seu decremента, perinde ac incre-

menta, signa accipiunt. Eodem  
 spatio temporis cum sub terras fe-  
 runtur, decremента, cum ascen-  
 dunt, incrementa patiuntur.

*per tempo a versa*] Iterum,  
 vice versa, a Libræ redeunt iisdem  
 spatiis, sed temporibus diversis.

*tempusque morandi*] In MS.  
 nonnullis *cadendi* & Bentleyus cla-  
 mat Euge! Profecto cùm sig-  
 num sit in occasu, & in motu con-  
 tinuo, quomodo moram pati di-  
 catur, non liquet: nisi dicamus,  
 Manilium velle, spatium istud tem-  
 poris quod signum in occasu oc-  
 cupat, esse moræ spatium, quo-  
 niam non repentino motu occidat.  
 Hoc quidem SCALIGER videtur  
 affirmare, cum ita interpretatur,  
 Quantam moram impendit Aries  
 occidendo, in tantam oritur Li-  
 bra.

*signa sequentia vertunt*] In  
 exemplum Arietis ea, quæ sequ-  
 untur, signa concedunt. *Vertunt se*  
 moventur.

Hæc

Hæc ubi confiterint vigilantibus condita mente,  
 Jam facile est, si quod quandoque horoscopet astrum,  
 Noscere, cum liceat certis surgentia signa  
 Ducere temporibus, propriisque ascribere in horas  
 Partibus; ut ratio signis ducatur ab illis, 305  
 In quæis Phœbus erit; quorum mihi reddita summa est.

Sed neque per terras omnes mensura dierum  
 Umbrarumque eadem est; simili nec tempora summâ  
 Mutantur: modus est varius. Ratione sub unâ  
 Nunquam Phryxæi ducuntur vellera signi, 310  
 Chelarumque fides, justæque examina Libræ;  
 Nec manifesta patet falsi fallacia mundi,  
 Nec similis simili toto nox vertitur orbe,  
 Omnia confurgunt binis si signa per horas.  
 Quâ medius recto præcingitur ordine mundus, 315  
 Æqua-

*quandoque horoscopet astrum]* Perceptis stadiasimis, inquit, & horariis temporibus signorum, facile est partem horoscopantem deprehendere. SCALIGER.

*ut ratio signis]* Principium horoscopans, ut dicam, deducendum ab iis signis, in quibus Sol, aut a loco solis. Observandum est, quod signum Sol decurrat, quâque horâ quis nascatur; tum a sole per signa redeundum est, ad signum horoscopans. FAYUS.

*Sed neque per terras]* Ea refertur, quæ illi sententiæ adversantur, quæ binas horas singulis tribuit: & urget duobus incommodis, ab obliquitate, & ab horarum inæqualitate. SCALIGER.

*simili summa]* Æqua ratione.

*Ratione sub una]* Si signa sunt binarum horarum, non est Æquinoctium, sive autumnale, seu vernum, sed semper erit nullo discrimine Æquinoctium.

SCALIGER.

*Chelarumque fides]* Fila pedum Scorpionis, quæ à Manilio pro Librâ sumuntur, FAYUS.

*fallacia mundi]* Cæli, vel temporis inæqualitas. Idem,

*Nec similis simili]* Vernum æquinoctium simile autumnali. Ab his in toto reliquo anno dierum inæqualitas derivatur.

*Quâ medius recto]* Sub rectâ spherâ habitantes intelligit. Dies æstimantur a circulis parallelis, e quibus medius est æquinoctialis. Illi circuli, ubi inæquales arcus dividantur,

Æqualisque super transversum vertitur Axem,  
 Illic perpetuâ junguntur pace diebus  
 Obscuræ noctes : æquo stat fœdere tempus.  
 Omnibus Autumnus signis : ver omnibus unum :  
 Una quod æquali lustratur linea Phœbo. 320  
 Nec refert tunc quo Phœbus decurrat in astro,  
 Littoreumve coquat Cancrum, contrave feratur  
 Sideribus : mediis an, quæ sint quatuor inter.  
 Quod, quanquam per tres signorum circulus arcus  
 Obliquus jaceat, recto tamen ordine Zonæ 325  
 Consurgunt, suprâque caput subterque feruntur,  
 Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt :  
 Ac bene diviso mundus late orbe, patetque.

At simul ex illâ terrarum parte recedas,

dividuntur, æquales dies faciunt.  
 In spherâ rectâ horizon æquinoc-  
 tialem ad angulos rectos, proinde  
 & inæquales arcus dividit. Ergo  
 æquales dies facit. Sub spherâ  
 igitur rectâ æquales semper dies  
 sunt, quia per polos mundi tran-  
 siens, idem semper horizon est.

SCALIGER.

*transversum vertitur*] Utrum-  
 que polum, quo uterque extre-  
 mus axis mundi oppositus vertitur.

FAYUS.

*Omnibus Autumnus signis*] Tales  
 sunt dies & noctes in omnibus sig-  
 nis per illas regiones, quæ sub  
 æquatore jacent, quales sunt per  
 alias ubique regiones in autumno  
 & vere. Idem.

*Nec refert*] Nihil refert scire  
 utrum solstitium sit, an bruma.  
 Nam semper æquinotium est.

SCALIGER.

*contrave feratur*] An sit in  
 signis oppositis.

*mediis an, quæ sint*] An fera-  
 tur in mediis illis signis, quæ sig-  
 na sint inter quatuor minores cir-  
 culos, qui ad æquatorem paralleli  
 vergunt.

*per tres signorum*] Zodiacus  
 tribus fasciis constat.

*lustra*] Lustra simpliciter pe-  
 riodos. Et lustrum solis, vertens  
 annus infra. SCALIGER.

Annua, vel diurna Zodiaci re-  
 volutio, fit semper certo temporis  
 spatio.

*bene diviso*] Cælum æqualiter  
 divisum, horizonte per polos mun-  
 di ducto, tantum supra patet,  
 quantum inferius latet.

SCALIGER.

*At simul ex illâ*] Ut quam  
 minimum ab æquinoctiali discesse-  
 ris, simul discedas ex justo globi  
 hæmitpherio. SCALIGER.



Quicquid ab extremo temet præverterit axe, 330  
 Per convexa gradûs gressum fastigia terræ,  
 Quam teretis natura soli decircinat orbem  
 In tumidum, & mediam mundo suspendit ab omni ;  
 Ergo ubi conscendens orbem, scandensque rotundum  
 Digrediere, si-nul fugiet pars altera terræ, 335  
 Altera reddetur : sed quantum inflexerit orbis,  
 Tantum inclinabit cœli positura volantis.  
 Et modò quæ fuerant surgentia limite recto  
 Sidera, curvato ducentur in æthera tractu :  
 Atque erit obliquo signorum balteus orbe, 340  
 Qui transversus erat : statio quando illius una est,  
 Nostræ mutantur sedes. Ergo ipsa moveri  
 Tempora jam ratio cogit, variosque referre  
 Sub tali regione dies, cum sidera flexo  
 Ordine conficiant cursûs obliqua, malignos : 345

*temet præverterit]* Cum super  
 terram progredieris, versus axem  
 multum spatium ab extremo polo  
 præjacet, quicquid sit ; gradûs  
 ergo sunt in viâ ante te gradien-  
 tem.

*mediam mundo]* Quasi in me-  
 diâ parte elevat, & convexam red-  
 dit : adeo ut distinguatur a cæteris  
 mundi partibus.

*scandensque rotundum]* Si con-  
 jecturæ venia dabitur, potius le-  
 gatur *superansque*. Nam antea  
*conscendens* dixerat auctor & si  
 postea *digreditur* aut *degreditur*  
 aliquis, non scandit eodem tem-  
 pore quo digreditur. Hoc loco  
 nugatur Bentlejus, qui potius car-  
 pendis interpretibus invigilat,  
 quam verba auctoris ad criticum  
 examen exigere nititur.

*Tantum inclinabit]* Ea, quæ  
 ævera effugiunt, videntur nos

effugere. Si incurvetur terra,  
 cœlum incurvari videbitur.

*Qui transversus erat]* Iis re-  
 gionibus, quæ sub æquatore non  
 jacent, Zodiacus obliquus est ; iis  
 vero, quæ sub eo sunt, transver-  
 sus. Sub æquatore transversus ab  
 uno Tropico ad alterum proten-  
 ditur, inque modum baltei. Sed  
 nunc, ob mutationem loci, obli-  
 quas agit periodos ; & non rectas,  
 quas sub æquatore egit. FAYUS.

*statio quando illius]* Stat enim  
 in motus Zodiacus.

*Ergo ipsa moveri]* Horæ ha-  
 bitum sphaeræ sequuntur ; habi-  
 tus sphaeræ mobilis est ; ergo mo-  
 biles horæ, seu tempora.

SCALIGER.

*malignos]* Non rectos. In hoc  
 enim malignitas cursûs siderum.

FAYUS.

Longiùs

Longiùs atque aliis aliud propiusve recumbat.

Pro spatio mora magna datur. Quæ proxima nobis  
 Confurgunt, longos cœli visuntur in orbes.  
 Ultima quæ fulgent cœcis merguntur in umbris.  
 Et quanto ad gelidas propius quis venerit Arctos, 350  
 Tam magis effugiunt oculos brumalia signa :  
 Vixque ortus occasus erit. Si longius inde  
 Procedas, totis condentur singula membris,  
 Tricenasque trahent connexo tempore noctes,  
 Et totidem luces adiment. Sic parva dierum 355  
 Efficitur mora, & attritis consumitur horis :  
 Paulatimque perit statio fulgentibus astris,  
 Pluraque, per partes subrepto tempore, signa  
 Terræ quærentur medio cœlata tumore,

*Longius atque aliis aliud*] Aliud nempe signum occidat aut longius aut propius aliis signis; & hoc accidit, propter variam cœli inclinationem.

*Pro spatio mora*] Pro diverso terrarum situ ab æquatore ad alterutrum polum, magis aut minus variari dies & noctes. Quo propiora nobis signa, eo majores oriendo moras interponunt.

SCALIGER. *Ultima quæ fulgent*] Occidunt enim & oriuntur admodum minuto intervallo.

*Tam magis effugiunt*] In nonnullis MS. *officiunt oculis*. Optimè a Bentlejo castigatur *effugiunt oculos*.

*Vixque ortus occasus*] Id est occasus tam cito ortum sequitur, ut pene dicatur unus & idem.

*Si longius inde*] Nimirum si ex polari circulo veriùs polum arcti-

cum procedas, tunc ipsa meridionalia signa latebunt per 30 dies, reddentque singula noctes 30 continuas. FAYUS.

*connexo tempore*] Continuo & indiviso tempore.

*attritis*] Attenuatis, quoniam dies erunt brevissimi.

*perit statio*] Lux eorum non statum habet permanentem, sed caducum.

*per partes*] Gradatim immunito tempore, donec sub polo sex menses deficient. Debilis annus, quoniam non integer.

*quærentur*] Plura signa *quæri* dicit, quoniam non videntur: *quæri* autem, id est, desiderari.

BUTIRIGIS.

*medio cœlata tumore*] Tumore isto, qui videandus inter spectatorem & rem quæsitam. Ita res infra oculi aciem.

Abducentque simul Phœbum, texentque tenebras, 360  
 Mensibus ereptis donec fit debilis annus.  
 Si vero natura finat sub vertice cœli,  
 Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,  
 Æternas superare nives, orbemque rigentem  
 Prona Lycaoniæ spectantem membra puellæ, 365  
 Stantis erit cœli species : laterumque meatus  
 Turbinis in morem rectâ vertigine currit.  
 Inde tibi obliquo sex tantùm signa patebunt  
 Circuitu, nullos unquam fugientia visûs,  
 Sed teretem acclivi mundum comitantia semper. 370  
 Hic erit una dies per senos undique menses,  
 Dimidiumque trahens contextis lucibus annum :  
 Nunquam erit occiduus quod tanto tempore Phœbus,  
 Dum bis terna suis perlustrat cursibus astra ;  
 Sed circumvolitans recto versatur ab orbe. 375

At simul è medio præceps descenderit orbe,

*Lycaoniæ*] Lycaonis filiam Callistum, in ursam majorem conversam poëtæ fabulantur.

*Stantis erit cœli*] Rectus situs est cœli seu verticalis : proinde ut hominis recta est positio, eam stat. Recta sphaera una est : quia unus æquinoctialis : stantes duæ ; quia duo poli. SCALIGER.

*laterumque meatûs*] Id est ambitus laterum similis turbini, cum rectâ positione regyrat.

*sex tantum signa*] Habitantibus sub polo, polus ipse est vertex. Necessè ergo sex signa septentrionali semper super terram esse, sex contraria sub terrâ. SCALIGER.

*acclivi*] Circuitu acclivi, quoniam sursum sit solis motus per ea signa. FAYUS.

*perlustrat cursibus*] Bentlejus legit *curribus*. Sed muscas venatur. Non enim cursus fit a curru? Et *cursûs agere* idem est ac *currûs agere* ; & cursum esse necessè est, nisi currus non movetur.

*circumvolitans*] Sol ex rectâ positione, neque inclinatur ultro citroque, neque movere desinit. Quid quæso, ait Bentlejus, versatur ab orbe? Quid, Sol non movet se, sed ab alio movetur? Vides futilem arrogantiam hominis. Cum enim poeta dicit *versatur ab orbe* non intelligit orbem versare solem, sed cum Sol versatur, orbis ejus est rectus.

*è medio*] Ab æquatore, quæ media pars est mundi. FAYUS.

Inferiora petens dejecto fidera cursu,  
 Et dabit in primum laxas effusus habenas,  
 Per totidem menses junget nox una tenebras.  
 Vertice sub cœli nam quisquis spectat ab omni, 380  
 Dimidium è toto mundum videt orbe rotundo :  
 Pars latet inferior. Neque enim circumvenit illum  
 Recta acies, mediâque tenus distinguitur alvo.  
 Effugit ergo oculus summo spectantis ab orbe,  
 Dum sex submersis vectatur Phœbus in astris ; 385  
 Adducitque simul luces, tenebrasque relinquit,  
 Sideribus donec totidem, quot mensibus actis,  
 Cesserat unde, redit ; geminasque ascendit ad Arctos.  
 Hic locus in binas annum, noctesque, diesque,  
 Per duo partitæ dirimit divortia terræ. 390

Et quoniam quanto variantur tempora motu,  
 Et quibus è causis, dictum est ; nunc accipe, signa  
 Quot surgant in quoque loco, cedantque per horas,  
 Partibus ut prendi possint orientia certis,  
 Nè falsus dubiâ ratione horoscopus erret : 395

*Inferiora]* Australia signa.  
*ab omni]* Ab omni parte.

*Recta acies]* Directâ lineâ visio non totum globum terrarum capit, neque quidem dimidiam partem ; sed in curvâ aut declivi tantùm dimidiam partem.

*Effugit ergo oculus]* Quid effugit ? Nempe Phœbus.

*Adducitque simul luces]* Ita concipe. Signis sex & totidem mensibus peractis, redit Sol, unde abiit, tenebras deserit, & lucem reducit.

*geminasque ascendit]* Ad Austrinas. In utroque polo duas urfas, veteres finxerunt.

*Hic locus in binas]* Sensus est, locus qui sub utroque polo situs, annum in binas partes distribuit, & noctes itidem & dies ; scilicet unam noctem & unum diem, per divortia duo, seu hemisphæria terræ hoc modo divisæ.

*tempora]* Dierum & noctium.  
*Motu, cursu.*

*cedantque per horas]* In quo temporis spatio occidant.

*orientia]* Signa Horoscopantia.

*horoscopus]* Cœli initium seu natalis mundi, ab ortu per fidera.

FAYUS.

Singula quòd nequeunt, per tot distantia motus,  
Temporibus numerisque suis exacta referri.

Quoque modo hoc paret, & terrarum quisque requirat,

A me sumat. Iter positum sibi quisque sequatur,

Perque suos tendat gressus, mihi debeat artem. 400

Huic erit horarum ratio ducenda per artem,

Sidera quæ ostendit quâ orientur quæque, cadantque.

Atque hoc in totum certâ sub lege sequendo,

Deducat proprias noctemque diemque per horas,

Maxima sub Cancro minimis quæ cingitur umbris; 405

Et sextam summæ, fuerit quæ forte, diurnæ

Vicino tribuat post Cancri templa Leoni.

Has inter, quasque accipiet Nemeceius, horas

Quod discrimen erit, per tres id divide partes,

Tertia ut accedat Geminis, quæ tempora Tauro 410

Vinciat, atque eadem Cancro, similisque Leoni:

Ut, quantum ima ferant, tantum tribuatur ad ortus

*distantia motus*] Per tot motus  
discrepantia.

*terrarum quisque requirat*] Quis-  
que sit, qui terras habitat, quâ rati-  
one hoc in promptu habeat, & de-  
prehendat, ex meis præceptis intel-  
ligat.

*Maxima sub Cancro*] Nimirum  
dies maxima, sive longissima, quæ  
minimâ nocte excipitur.

*Et sextam summæ*] Nempe,  
sextam partem numeri diurni.  
Summa horæ maximæ in Cancro  
95. sextans 15. Adde Leoni, qui  
habet 80. erunt 95. Differentia  
est 15. Nam totidem exceduntur  
80 a 95. Triens illius sextantis,  
hoc est, 5 detur Geminis. Erunt  
85. Eadem Cancro tribuantur.

Fient 80. Nam quia Cancro ab-  
stuleras 15, remanserunt 75. Ter-  
tius triens detur Tauro. Con-  
sistent 80. Quantum igitur imum  
signum, hoc est, Leo, plus fert, hoc  
est 5, id Tauro tribuatur. Idem  
& Gemini faciunt. Sic Taurus,  
qui habebat 70, jam habebit 80.  
Quatuor igitur, Taurus, Gemini,  
Cancro, Leo habent octagena.

SCALIGER.

*Cancro templa*] Sedem, locum,  
stationem Cancro.

*Nemeceius*] Signum Leo, a Ne-  
meâ silvâ, in quâ Hercules leo-  
nem interfecit.

*Vinciat*] Conjungat, constrin-  
gat, alliget.

Tem-

Temporis, adverso nascenti sidere Tauro.

Sic erit ad summam ratio perducta priorem,

Quam modo divisit Nemeæus duxerat horis. 415

Inde pari Virgo procedat temporis auctu;

Sed certâ sub lege, prioris semper ut astri

Incolumem fervet summam, crescatque novando.

His usque ad denas horarum partibus auctis

Per totidem a Librâ decrescent sidera partes : 420

Dena quòd in proprias partes fortesque recedant.

Et quantis utrimque modis tolluntur ad ortûs,

Diversam in sortem tantis mergentur ad umbras.

At quæ nocturnis fuerit mensura tenebris,

In totidem partes simili ratione secanda est. 425

Quæ cum tercentum numeris, vicenaque conflet,

*adverso nascenti*] Tauro orienti, quod sidus est adversum: surgit enim a posterioribus. lib. 2. 198

*Quam modo divisit*] Priorem rationem vocat numerum Leonis: summam seu ultimam, Tauri. Prior igitur est numerus Leonis, quia aliis legem facit. Quomodo inquit, ratio in Leone ducta fuerit, ea in reliquis obtinebit ad ultimum usque Taurum. SCALIGER.

*divisit*] Nempe diei maximæ, noctisque minimæ in solstitio æstivo. FAYUS.

*Inde pari Virgo*] Leo est 80 Scrup. Virgo pariter 80 habebit. SCALIGER.

*certâ sub lege*] Eâ lege, ut tamen nihil aprioribus delibet, quomodo illa inter se delibârunt. Vult enim eam non ab antecedentibus mutuari, sed numerum novare, & extrinsecus asciscere. Idem.

*ad denas*] Partes horarias. Scrupuli æqualiter in tria signa tributi dabunt horam Tauri 70 Scrup. Geminorum 80, Cancrî 90; & æqualium decrementorum horam Leonis 80. Virginis 70.

SCALIGER.

*Dena quod in proprias*] Ut per dena factum incrementum, sic per dena converso ordine decrescunt: quod per denarium, inquit, in propriam naturam recedant. Idem.

*utrimque modis*] Tam sex Borealîa signa, quam Australia, inquit Bentleyus, & rectè.

*Quæ cum tercentum*] Summa Scrup. Tauri, Geminorum, Cancrî, Leonis sunt 320. Hoc ex ipsis incrementis potes adducere, 70, 80, 90, 80, 70. Hoc vult; in nocturnâ ratiunculâ 320 repentienda esse, ut in diurnâ.

SCALIGER.

De-

Detrahitur summæ tota pars, quota demit utrinque  
 Omnibus ex horis, æstivæ nomine noctis,  
 Solstitium summo peragat dum Phœbus Olympo.  
 Quodque his exuperat demptis, id ducito in æquas 430  
 Sex partes, sextamque ardenti trade Leoni.  
 Rursûs qui steterit numerus sub nomine noctis,  
 Ejus erit signo Tauri pars illa dicanda.  
 Quòdque hanc exuperat partem, superatur ab illâ,  
 Distinguitque duas medio discrimine summas; 435  
 Tertia pars ejus numero superaddita Tauri,  
 Traditur & Geminis. Simili tum cætera lucro  
 Procedunt, numeros semper tutata priores,  
 Augebuntque novo numeratas nomine summas,  
 Donec perveniant ad justæ tempora Libræ. 440  
 Ex illâ totidem per partes sic breviantur  
 Lanigeri ad fines: conversaque nomina legem  
 Accipiunt, perduntque pares cedentia fortes.

Nunc quibus hiberni momentis surgere menses  
 Incipiant (neque enim paribus per sidera cuncta 445

*tota pars]* Tota pars (aut tot partes) abstrahitur, quota illa pars sit, quam Phœbus utrinque demit cum solstitium init. *Utrinque*; quas partes uterque arcus diurnus & nocturnus sub Cancro continet. FAYUS.

Quantum acceverat diebus, tantum decrefcit noctibus.

SCALIGER.

Vult detrahi summæ horarum æquinoctialium a Tauro ad Cancrum, quantum detrahitur nocturnæ horæ æstivæ. Idem.

*pars illa]* Nimirum *sexta*.

*Quodque hanc exuperat]* Id est, discrimen quod inter summam noctis minimæ, & diei maximæ intercedit. FAYUS.

*partem]* noctis minimæ.

*illâ]* Diei maximæ.

*ejus]* Discriminis.

*Procedunt]* *Simili lucro*: nimirum, pari auctu, ut prius dixerat de Virgine.

*Augebuntque novo]* *Numeratas summas*, suas summas certo numero. Non sequens signum ex præcedentibus aliquid delibat, sed numerum novat suum extrinsecus, & ita auget. *Novo nomine* novo numero.

*Ex illâ]* Nempe, Librâ. Signa decrefcunt per tot partes donec ad Arietis signum pervenias.

*conversa que nomina]* Mutata tempora. Ait, dies, qui vicerant, nunc viciffim vinci. *Pares fortes*; tempora amittunt partes pares.

Pro-

Procedunt gradibus, nivei dum vellera signi  
Contingant, æquum luces cogentia & umbras  
Ferre jugum) magna est ratio, breviterque docenda.

Principio capienda tibi est mensura diei,  
Quam minimam Capricornus agit : noctisque per horas  
Quam summam. Quod si justâ superaverit horâ 451  
Et trepident luces, ejus pars tertia signo  
Tradenda est mediò : quâ semper forte retentâ  
Dimidio vincat primum, vincatur & ipsum  
Extremo ; totum in partes ita digere tempus. 455  
His opibus tria signa etiam (sed summa prioris  
Accedit numeri conjuncta sequentibus astris)  
Cesserunt, ternis fuerit si longior horis  
Brumali nox forte die : Capricornus ut horâ  
Dimidiâ attollat luces ; & Aquarius horam 460

*nivei dum vellera signi]* Quando in signo Arietis fit Sol, æqualem lucis & noctis distributionem suppeditat : sed in cæteris signis prioribus, gradibus imparibus menses absolvuntur.

*Quam summam]* Nimirum, quam summam, aut mensuram agit Capricornus, sub nocte.

*Quod si justâ superaverit]* Secundum climata distinguit Manilius, quid judicii faciendum sit, ubi longissima nox diem unâ horâ superaverit : quid si duabus, tribus, &c. BUTIRIGIS.

*Et trepident luces]* Festinent, celeriter recedant. FAYUS.

MS. Rom. *Et crepitent luces,* Crepitare, dubiâ luce micare ; ex eo crepusculum Latinis dictum.

BUTIRIGIS.

*ejus pars tertia]* Quæcunque fuerit illa summa, ejus triens medio signo debetur.

*quâ semper forte]* Quâ summâ, Aquarius, signum medium, primum signum Capricornum ex dimidiâ parte illius partis tertiæ vincet : ita Aquarius vicissim ab extremo signo, Piscibus, ex dimidiâ parte istius partis tertiæ vincetur. FAYUS.

*His opibus]* His signa tria potestatibus cesserunt : si nox tribus horis fit die hyberno longior (tamen hoc modo, ut prima summa addatur signis sequentibus) & Capricornus augeat dies per semi horam : & Aquarius habeat suam horam ; & numero priori addat : dum pisces tempus de summis præcedentibus sibi sumant.



Ipse suam propriè ducat, summæque priori  
Adjungat; Pisces tantum sibi temporis ipsi  
Constituunt, quantum accipiant de sorte priorum.  
Et tribus expletis horis, noctemque diemque  
Lanigero tradunt æquandam tempore veris.

465

Incipit a sextâ tempus procedere parte  
Dividuum: duplicant vires hærentia signa,  
Ultimaque acceptas triplicant. Ita summa diebus.  
Namque Aries totidem deducit noctibus horas,  
Quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces. 470  
Hora datur Tauro: cumulentque ut damna priora,  
Dimidiam adjungunt Gemini. Sic ultima primis  
Redditur. Æquatæ solvuntur fænore noctes.

*Et tribus expletis]* Dimidiâ scilicet a Capricorno, integrâ ab Aquario, sesquihorâ a Piscibus. Summa 3 horæ; ut æquales dies & noctes sint verno tempore.

SCALIGER.

*Incipit a sextâ]* Dividuum tempus, hoc est, horarum divisio, inquit, incipit a sexante. Trium vero horarum sextans est dimidia hora. Primo signo horam dimidiam dedimus; secundo, duplicatam dimidiam, hoc est, horam: tertio, triplicatam dimidiam, hoc est, sesquihoram. Idem.

*hærentia signa]* Adjacentia. Taurus proximè accedit. *Ultima,* nempe signa; Gemini sunt.

*Quot prius abstulerant]* Contrariâ viâ progreditor. Dimidiam aufer ab Ariete, integram a Tauro, sesquihoram a Geminis. Pisces, præter id, quod proprio nomi-

ni contingit, hoc est, horam, habent dimidiam. Quam aufer ab Ariete.

SCALIGER.

*damna priora]* Quæ noctibus Taurus & Aries intulerant, dum diem auxerunt præ noctibus.

FAYUS.

*Sic ultima primis]* Semihora ultima primis semihoris datur.

*Æquatæ solvuntur]* Noctes diebus æquales, cum usura rependantur. Et hoc, quoniam decreta priora sustinuerunt, quæ nunc resarciuntur. Bentlejus æquato fænore. Quid si dicamus, æquato fædere? Hæc castigatio, sensus magis obvius. Miror, sagacem oculum Bentleji illud non vidisse: præcipuè cum vox *fædus* in plurimis locis Manilii ubi de fideribus loquitur, occurrat.

Rursus

Rurfus & incipiunt propriâ de forte diebus  
 Cedere diversâ labentia tempora lege : 475  
 Respondent pariterque illis, quæ proxima fulgent,  
 Et media æquatis censentur viribus astra ;  
 Præcipuosque gerunt varianda ad tempora motûs.

Hâc vice discedunt noctes a fidere brumæ,  
 Tollunturque dies, annique invertitur orbis, 480  
 Solstitium tardi dum fit sub fidere Cancri.  
 Tuncque diem brumæ nox æquat, tempora noctis  
 Longa dies ; similique redit, quàm creverat, actu.

Illâ etiam poterit nascens via ducere ad astrum  
 Quod quandòque vadis emissum redditur orbi. 485  
 Nam quota sit lucis, si luce requiritur, hora  
 Aspicias : atque hunc numerum revocabis in ipsum  
 Multiplicans decies ; adjectis insuper eidem  
 Quinque tamen summis : quia qualicumque sub horâ  
 Ter quinas mundi se tollunt sidera partes. 490  
 Hic ubi constiterit numerus, conjungere & illas,  
 Quæ superent Phœbo partes per signa, memento.  
 Ex hâc tricenâ summâ per sidera partes

*labentia tempora*] Tempora *nascens*] Astrum natale, vel  
 Solstitii incipiunt cedere diebus, Horoscopus.  
*vadis*] E mari super terras e-  
 mergens.  
*Multiplicans decies*] Pone horam  
 esse 8. Duc quindecim. Prodeunt  
 120 Grad. Æquinoctialis circuli.

BUTIRIGIS.

*Respondent pariterque*] In me-  
 dio signo tanquam in cardine ver-  
 satur ratio variandi tempora. Il-  
 lud enim æquat duo extrema.

SCALIGER.

*similique redit*] Dies redit eâ-  
 dem ratione, quâ augetur.  
*Hic ubi constiterit*] Cum hæc  
 certa summa manifesta sit, partes  
 adjuuge illas, quas Sol isto tem-  
 pore non circuitu attigit.

Distribues : primamque vicem, quo Phœbus in astro  
 Fulserit : hinc aliis, solem quæcunque sequentur. 495  
 Tum quo subsistet numerus consumptus in astro,  
 Quâve in parte suam summam, nomenve relinquet,  
 Hæc erit exoriens & pars, & forma. Per ignes  
 Continua partes. Ubi summam feceris unam,  
 Tricenas dabis ex illâ per singula signa, 500  
 Donec deficiat numerus. Quâque ille sub astri  
 Parte cadat, credas illam cum corpore natam  
 Esse hominis, pariterque orbem vidisse per ignes.  
 Sic erit ipse tibi rapidis quærendus in astris  
 Natalis mundi, certoque Horoscopus ortu : 505  
 Ut, cum ex hoc sedes steterit sub cardine primo,  
 Fallere non possit summi fastigia cœli  
 Signifer obliquus : stent fundamenta sub imo :

*primamque vicem*] Primam tricenam fortem, seu partem.

*aliis*] Signis, quæ solem subsequuntur.

*Tum quo subsistet*] Numerus absolutus, in signo qui manet exhaustus : sive post se numerus relinquet summam suam, aut nomen signi, quoniam iste numerus est signi numerus.

MS. Rom. *numerique relinquit*. Nam ea pars & suam ipsius habet summam in numerato, & alterum præterea numerum ex antecedente Manilii instituto.

*exoriens & pars*] Signum Horoscopans erit.

*Per ignes*] Per Stellæ.

*Continua partes*] Dicit, non numerandas esse partes, quas relinquit Sol, ut supra fiebat in diurnâ geniturâ : sed tantum continuandos gradus, qui ex summâ

horarum quindecies ductâ colliguntur. SCALIGER.

*deficiat numerus*] Donec plus dare non potes, numero exactè finito.

*orbem vidisse*] Credas illam partem terram aspexisse per stellas.

*rapidis*] Rapidè moventibus.

*Natalis mundi*] Cœli ortus, qui est cardo orientalis.

*Ut, cum ex hoc sedes*] Ex hoc principio : sensus est, ut cum horoscopus mundi fueris assecutus, certo possis nativam ejus conditionem pertexere per singulos illius cardines, & per loca singula cardinibus angulisque distincta.

BUTIRIGIS

*Signifer*] Zodiacus.

*fundamenta*] Cardo infimus, sive inum cœli.

Stent

Stent veri stellarum ortûs, verique subortûs.

Nunc sua reddentur generatim tempora signis, 510  
 Quæ divisa etiam proprios ducuntur in annos,  
 Et menses, luceſque ſuas, horaſque dierum,  
 Per quæ præcipuas oftendunt ſingula vires.

Primus erit ſigni, quo Sol effulſerit, annus,  
 Annum quòd luſtrans conſummat tempora mundi; 515  
 Proximus atque alii ſubeuntia ſigna ſequuntur.  
 Luna dabit menses, peragat quòd menſtrua curſum.  
 Tutelæque ſuæ primas Horoſcopus horas  
 Afferit, atque dies, traditque ſequentibus aſtris.  
 Sic annum, menſeſque ſuos natura dieſque, 520  
 Atque ipſas voluit numerari ſigna per horas:  
 Omnia ut omne foret diviſum tempus in aſtra,  
 Perque alterna ſuos variaret fidera motûs,  
 Ut cujuſque vices ageret redeuntis in orbem.

Id circo tanta eſt rerum diſcordia in ævo, 525  
 Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrimæque ſequuntur

*ſubortûs*] Sidera orientia ſubter terras. Aut, ut Fayus ait, occaſus, a quo fidera terris ſuboriuntur, aut ſub terris oriuntur.

*Nunc ſua reddentur*] Anni, menſis, horæ ratio venit in horoſcopi methodum. SCALIGER.

*Primus erit ſigni*] Ab eo ſigno, in quo Sol eſt, ad idem punctum, ea converſio dicitur annus. Luſtrum ſolis a Manilio vocatur. Idem.

*tempora mundi*] Quibûs abſolvitur mundi converſatio. *Luſ-*

*trans*, per circuitum annum conſiciens. Aut, annum explet, circuiens cœlum.

*Proximus*] Annus: & alii anni ſuccedentia ſigna ſequuntur aut obſervant.

*redeuntis in orbem*] Revolutionem facientis. Senſus eſt: ut tempus cujuſque ſigni circuitum indicaret, aut cujuſque ſigni manuum expleret, revolutionem abſolventis.

Vota, nec in cunctis servat fortuna tenorem :  
Usque adèò permixta fluit, nec permanet usquam ;  
Amisitque fidem variando cuncta per omnes.

Non annis anni, non menses mensibus usque  
Conveniunt : seque ipse dies, aliumque relinquit ;  
Horaque non ulli similis producitur horæ.

530

Tempora quòd sistant, propriis hærentia signis,  
Per numeros omnes ævi divisa volantis :

Talesque efficiunt menses, casûsque minantur  
Qualia sunt, quorum vicibus convertimur, astra.

535

Sunt quos, ut cœli pateant nascentibus horæ,  
Sidus, quod memorant Horoscopton, inventuros,  
Parte quòd ex illâ describitur hora diebus,  
Omne genus rationis agit per tempora & astra,  
Et capite ex uno menses, annosque, diesque

540

*tenorem*] Constantiam in rebus humanis.

*per omnes*] Per omnes terrarum gentes. FAVUS.

*seque ipse dies*] Id est, nullus dies idem est cum die præeunti. Dies enim seipsum deserit, aut sibi ipsi non constat; diemque alium aut subeuntem similiter secernit, aut variat. Ambo enim inter se differunt: si similes essent, unus diceretur alterum comitari; si dissimiles, relinquere aut deserere dicatur unus alterum.

*Tempora quòd sistant*] Butirigis legit *consistunt*. Sensus est: mirum est adhuc stare tempora, cum præpostera sint omnia, & duobus signis doceamur ea in ruinam contendere: tum quod a suis signis aberrant tempestates in hoc tempore, tum quod per omnes signo-

rum alienorum partes præcipitantur quotidie, naturæ ordine conturbato. BUTIRIGIS.

*tempora quòd sistant*] Tempora continuantur.

*Per omnes*] Per omnes motus. In lineâ priore motus occurrit. *Variaret sidera motus*. Nempe motus temporis.

*ævi divisa*] Divisa per omnes mensuras temporis fluxi.

*quorum vicibus convertimur*] Sub quorum regimine, aut impulsu agimur.

*Sunt quos*] Ordo est: *Sunt quos omne genus rationis agit inventuros, &c.*

*capite ex uno*] Ex uno situ, aut ex unâ positione. Ab illo capite hora incipit, quæ est minima pars anni. Scilicet ab Horoscopo. SCALIGER.

Incipit, atque horas, traditque sequentibus astris.  
 Et quanquam sociâ nascuntur origine cuncta,  
 Diversas tamen esse vices; quod tardiùs illa,  
 Hæc citiùs peragunt orbem: venit omnis ad astrum 545  
 Hora die bis, mense dies semel, unus in anno  
 Mensis, & exactis bis sex jam mensibus annus.  
 Difficile est in idem tempus concurrere cuncta,  
 Lenius ut signum pariter sit mensis, at annus  
 Asperiores ut agat mensem: si mensis in astrum 550  
 Lætius inciderit, signum sit triste diei:  
 Si fortuna diem foveat, sit durior hora.  
 Idcirco nihil in totum sibi credere fas est,  
 Non annos signis, menses vertentibus annis,  
 Mensibus aut lucas, aut omnes lucibus horas; 555

*atque horas]* Sensus est: *Ex uno Horoscopo ratio incipit menses, &c.* Signis subsequentibus eadem ratio se tradit aut concedit.

*Diversas tamen esse]* Ratio eorum, qui omne tempus ex uno capite incipiebant. Quia, inqueiebant, omnia simul nascuntur, menses, horæ, dies, momenta. Quanquam hoc verum est, respondet, tamen eorum diversas esse vicissitudines fatendum. Nam bis hora est in die, dies, semel in mense, semel mensis in anno: in duodecim mensibus semel annus. SCALIGER.

*venit omnis ad astrum]* Bis in die hora quæque venit in signum suum. Sunt enim in die horæ viginti quatuor; sunt autem tantum duodecim signa. Igitur bis die hora in astrum venit. FAYUS.

*mense dies semel]* Nam dies non bis numerantur sicut horæ. In-

tra mensem dies singuli sine reditu labuntur. Dies enim qui tertius, non recurrit. Sed in viginti quatuor horis, quæ constituunt diem, hora tertia bis numeratur, aut hora recurrit numerata.

*Lenius ut signum]* MS. *Unius & signi.* Rom. melius. *Unius ut signi pariter, &c.* BUTIRIGIS.

Mensis signum lenè esse potest, cum contra anni sit asperius; item triste sit diei signum, at mensis lætius: hora durior, at dies fortunatior. Itaque nihil est, mensem læto signo subijci, nisi hora quoque convenerit.

SCALIGER.

*nihil in totum]* Non fas, annos, menses, dies, horas, signis suis credere, ad totos signorum effectus ratione habitâ. *Nihil harum rerum.*

Quòd

Quòd nunc illa nimis properant, nunc illa morantur,  
 Et modò deest aliud, modò adest, vicibusque recedit,  
 Aut redit; atque alio mutatur tempore tempus  
 Interpellatum variatâ forte dierum.

Et quoniam docui, per singula tempora, vitæ 560  
 Quod quandoque genus veniat, cujusque fit astri  
 Quisque annus, cujus mensis simul hora, diesque;  
 Altera nunc ratio, quæ summam continet ævi,  
 Reddenda est, quot quæque annos dare signa ferantur.  
 Quæ tibi, cum finem vitæ per sidera quæris, 565  
 Respicienda manet ratio, numerisque notanda.  
 Bis quinos Aries annos, unumque triente  
 Fraudatum dabit. Appositis tu, Taure, duobus  
 Vincis, sed totidem Geminorum vinceris astro.  
 Tuque bis octonos, Cancer, binosque trientes: 570  
 Bisque novem, Nemeæ, dabis, bestemque sub illis.  
 Erigone geminatque decem, geminatque trientem.  
 Nec plures fuerint Libræ, quam Virginis anni.

*Quod quandoque veniat*] Quod vitæ genus, quandoque venit, antea exposuit; nunc, quot annos quæ signa ferant, exponit.

*summam continet ævi*] Vitam totam hominis in se includit.

*cum finem vitæ*] Quando istos limites, intra quos vita terminatur, scire velis, per signorum singulorum progressus. Nam singula signa, prout in versu contiguo subjicitur, diversos humanæ vitæ terminos præstituant.

*Respicienda manet ratio*] Diu est animadvertenda ratio, & per calculus digerenda.

*Bis quinos Aries*] Id est annos 10, & menses 8; nam menses quatuor sunt tertia pars anni, seu mensium duodecim; hæc tertiâ parte ablatâ anni unius, quod restat erit 8.

*Appositis duobus*] Annis duobus additis annis 10, summa confecta erit 12.

*binosque trientes*] Duæ tertiæ anni partes sunt menses 8.

*bestemque sub illis*] Præter illos annos, nempe 18 annos, Leo dabit duas tertiæ partes, nempe 8 menses, qui sunt partes octo totius anni. *Sub illis* post illos annos, aut præter illos.

Scorpius

Scorpius æquabit tribuentem dona Leonem.  
 Centauri fuerint eadem, quæ munera Cancri. 575  
 Ter quinos, Capricorne, dares, si quatuor essent  
 Appositi menses. Triplicabit Aquarius annos  
 Quatuor, & menses vitam producit in octo.  
 Piscibus aut Aries & forte & finibus hærens,  
 Lustra decem tribuet solis cum mensibus octo. 580

Nec fatis est annos signorum noscere certos ;  
 Ne lateat ratio finem quærentibus ævi,  
 Templâ quoque & partes cœli sua munera nôrunt,  
 Et proprias tribuunt certo discrimine summas,  
 Cum bene constiterit stellarum conditus ordo. 585

Sed mihi templorum tantum nunc jura canentur :  
 Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis ;  
 Cum benè materies steterit præcognita rerum,  
 Non interpositis turbabitur undique membris.

*Scorpius æquabit*] Scilicet quot sunt anni, quos Leo dat, tot sunt, quos Scorpio tribuit : & ita æquat Leonis dona ; quæ sunt, ut prius dictum est, 18 anni & menses 8.

*Centauri fuerint eadem*] *Sagittarius* hoc loco intelligendus est sub voce *Centauri*. Munera Cancri, ut prius, sunt 16 anni, & menses 8.

*Ter quinos, Capricorne, dares*] Capricornus, ait Manilius, 15 annos daret, si quatuor menses adderentur. Ergo 14 annos dat & menses 8.

*Triplicabit Aquarius*] Id est, Aquarius dat 12 annos, & menses 8.

*Piscibus aut Aries*] Hoc versu docet Poeta, Pisces & Arietem

vicinos esse loco & fede ; paresque vitæ annos tribuere. Hærent quippe forte & finibus. *FAYUS*.

*Lustra decem tribuet*] Nempe Aries conjunctim cum Piscibus dabit annos 10, menses 8.

*finem quærentibus ævi*] Limites aut terminos vitæ.

*Templa quoque*] Stationes, arcus, spatium expansum cœli, annos tribuunt æquè ac signa.

*Cum bene constiterit*] Cum locus, ordo & series planetarum, rectè intelligantur.

*templorum jura*] Duodecim signorum vires & effectus.

*mixtura*] Scilicet Planetarum.

*Non interpositis*] Præmissis intellectis, quod sequitur non erit obscuram.



Si bene constiterit primo sub cardine luna, 590  
 Quo redit in terras mundus, nascensque tenebit  
 Exortum, octonos decies ducetur in annos,  
 Si duo decedant. At cum sub culmine summo  
 Consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis,  
 Bis quadragenis occasus dives in auctu 595  
 Solis erit, numero nisi deesset Olympias una.  
 Imaque tricenos bis fundamenta per annos  
 Censentur, bis sex adjectis mensibus ævo.  
 Quodque prius natum fuerit, dextrumque trigonum,  
 Hoc sexagenos tribuit, duplicatque quaternos. 600  
 Quod fuerit lævum, prælataque signa sequetur,  
 Tricenos annos duplicat, tres insuper addit.  
 Quæque super signum nascens hoc ordine primum

*Si bene constiterit*] Signum, in quo Luna erat, horoscopare veteres dicebant. Et cum Tropica signa non solum universaliter, sed & pro ipsa genitura observarent; id signum in quo Luna esset, horoscopum, seu geniturae locum vocabant, & ab eo Tropica signa numerabant. SCALIGER.

*bene constiterit*] Manifesta apparebit.

*Quo redit in terras*] Univerſum cælum in terras revolutionem facit sub primo cardine.

*Si duo decedant*] Id est, cælum surgens cum occupabit aut implebit ortum, tum cardo in 78 annos producet. Demtis duo ab octoginta, reliquum est 78.

*sub culmine summo*] Sub cæli puncto verticali. *Consistet*, consistet Luna.

*tribus hic numerus*] Numerus 78, cum detrahatur numerus ternus, in numerum 75 retrocedet.

*Bis quadragenis*] Cum Luna occidat, ex incremento numeros 80 accipiet, quatuor exceptis; tum ad 76 summa reducetur: quos numeros a sole per auctum accipiet.

*Olympias una*] Olympias una quatuor annos æquat.

*Imaque tricenos*] Imum cælum annos vitæ dat 62. Nimirum bis triginta, & bis sex menses cum uno anno. FAYUS.

*Quodque prius natum*] Istud trigonum, quod prius est ordine, & dextrum, annos 68 concedet.

*prælataque signa*] Signa antecedentia.

*Quæque super primum*] Tertia statio, quæ super signum primum est, hoc cælesti rerum contextu, & oritur super istud signum, annos 57 dabit, tribus enim abstractis a 60, reliquum erit 57.

*Ter vicenos geminat*, id est, auget numerum 20 tripliciter.

Tertia

Tertia forma est, & summo jam proxima cœlo,  
 Hæc ter vicenos geminat, tres abstrahit annos. 605  
 Quæque infrà veniet spatio divisa sub æquo,  
 Per quinquagenas complet sua munera brumas.  
 Quemque locum superat nascens Horoscopus, ille  
 Dena quater revocat vertentis tempora solis,  
 Accumulatque duos cursus, juvenemque relinquit. 610  
 At qui præcedit surgentis cardinis horam,  
 Vicenos ternosque dabit nascentibus annos,  
 Vix degustatam rapiens sub flore juventam.  
 Quod super occasûs extentum est, dena remittit  
 Annorum spatia, & decimam tribus applicat auctis. 615  
 Inferius puerum interimet : bis sexque peracti  
 Immatura trahent natales corpora morti.

Sed tamen in primis memori sunt mente notanda,  
 Partibus adversis quæ surgunt condita signa,  
 Divisumque tenent æquo discrimine cœlum, 620  
 Quæ Tropica appellant ; quòd in illis quattuor anni

*Quæque infra veniet*] Infra ortum, spatio æquali distans ab ortu.

*Quemque locum superat*] Surgens Horoscopus quem locum relinquit, ille locus dabit annos 42.

*juvenemque relinquit*] Deserit aut præterit juventam, & ætatem virilem tuetur ad annos 42.

*qui præcedit*] Locus, qui cardinis primi horam anteit.

*Quod super occasûs*] Bentleyus legit, *quod super occasûs est templum, &c.* alii, emunctarum narium, qui primum in criticis animadversionibus locum obtinent, *super occasûs tentatum est* ; nonnulli *tentatum est*. Omnes nodum in Scirpo quærent. Mihi

non dubium est, quin Manilium scripserit, *extensum est* ; & si auctoritas MS. vetustatis edacitatem evasisset, ita lectio constaret. In quinto libro vox *extentis*, & *extensis* omnem scrupulum eximit.

*decimam tribus*] Decem anni, cum tribus insuper additis aut auctis annis, faciunt annos 13.

*Inferius*] Quod infra occasum est. Cum puer 12 annos implevit, immaturè morietur.

*Partibus adversis*] Tropico- rum nomine, quatuor cœli cardines adversæ intelliguntur, Cancer, Capricornus, Aries, Libra. Cancer est oppositus Capricorno, Libra Arieti. SCALIGER.

Tempora vertuntur signis, nodosque resolvunt,  
Totumque emittunt converſo cardine mundum,  
Inducuntque novas operum, rerumque figuras.

Cancer ad æſtivæ fulget faſtigia Zonæ, 625  
Extenditque diem ſummum, parvoque reſeſſu  
Deſtruit: ut, quanto fraudavit tempore lucas,  
In tantum noctes augeſcat ſumma per omnes.  
Tum Cererem fragili properat diſtinguere culmo  
Campus, & in varias diſtringunt membra palæſtras. 630  
Et tepidum pelagus jaſctatis languet in undis.  
Tunc & bella fero tractantur Marte cruenta;  
Nec Scythiam defendit hyems: Germania ſiccâ  
Jam tellure fugit, Niluſque tumefcit in arva.  
Hic rerum ſtatus eſt, Cancricum fidere Phoebus 635  
Solſtitium facit, & ſummo verſatur Olympo.  
Parte ex adverſâ brumam Capricornus inertem  
Per minimas cogit lucas: & maxima noctis

*nodosque resolvunt*] Cæli cardines nodos vocat. Idem.

*Totumque emittunt*] Tanquam a Carcere emittunt diverſas anni tempeſtates, quæ, mutato quoque cardine, invicem ſuccedunt.

*æſtivæ Zonæ*] Tropici Cancrici.

*diſtringunt membra*] Quid ſit membra diſtringere in palæſtras, non videt Bentlejus, & nunquam videt quod non arridet. Præfertim quando auctoris magis, quam Critici partes agere ſtudet, in verborum interpolatione, non ſolùm contra fidem MS. ſed contra veriſimilitudinem. Ut in hoc verſu, ille *Grajus* pro *Campus* infercit. Quid magis perſpicuum eſſe poteſt, quam quod homines denudant membra ad varias exercitationes

durante æſtatis calore? *Deſtringunt*, nudant. Quid? Bentlejum potuitne evadere, Græcas oblectationes a Romanis aſcitas?

*jaſctatis languet*] Undis nuper jaſctatis, aut jampridem jaſctatis.

*defendit hyems*] Non defendit, quoniam abeſt hoc tempore, aut tempeſtate æſtivâ. Forſan Manilius vult, non defendit a bellis, hoc tempore.

*Germania ſiccâ*] Germani olim juxta flumina confederant, ut Scythæ; demos ſecum ferentes: hos & alios locos petentes, ſicut aquam quiſque locus ſuppeditavit. Dum æſtatis calor ſæviret, & aquæ penuria eſſet, ad iſtas ſtationes ſeſe contulerunt, in quibus hoc neceſſarium vitæ adminiculum præſto eſſet.

Tem-

Tempora, producitque diem, tenebrasque resolvit.  
Inque vicem nunc damna facit, nunc tempora supplet. 640

Tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra.  
Nec tolerant medias hyemes horrentia saxa.  
Statque uno natura loco, paulùmque quiescit.

Proxima in effectu, similes referentia motûs,  
Esse ferunt noctes æquantia signa diebus. 645

Namque Aries Phœbum repetentem sidera Cancri

Inter principium reditûs, finemque coercet,

Tempora diviso jungens concordia mundo :

Convertitque vices, victumque ad sidera brumæ

Exuperare diem jubet, & succumbere noctes, 650

Æstivi donec veniant ad sidera Cancri.

Tum primùm miti pelagus confertur undâ,

Et varios audet flores emittere tellus.

Tum pecudum volucrumque genus per pabula læta

In venerem pastumque ruit : totumque canorâ 655

Voce nemus loquitur, frondemque virescit in omnem.

Viribus in tantum segnis natura movetur.

*producitque diem*] Tunc enim a Capricorno paulatim dies crescunt. SCALIGER.

*tenebrasque resolvit*] In minimas suas horas resolvit. FAYUS.

*damna facit*] Hoc est, damnum facit Capricornus, cum dies contrahit, & noctes auget: contra, tempora supplet, cum dies auget, & noctes contrahit.

*condita castra*] Intra castra milites conduntur hybernâ terpestate; quæ militiæ furorem paulisper moratur.

*Nec tolerant medias hyemes*] Saxa non mediocres sed procellosas hyemes sustinent. Dum enim hyemis rigor percipitur, procellæ

istum rigorem crebrò comitantur.

*Tempora diviso jungens*] Tempora noctis & diei, concordia, quando æquantur, jungit Aries, qui medius inter Capricornum & Cancrum, Cælo diviso per æquinoctiorum puncta. FAYUS.

*victumque ad sidera brumæ*] Hyberno solstitio dies noctibus vincuntur.

*frondemque virescit in omnem*] Id est, omne folii genus virescere incipit.

*viribus in tantum segnis*] Natura, quæ prius torpuit, nunc suis viribus innititur, & veris veneres effundere lætatur.

Huic

Huic ex aduerso simili cum forte refulgens  
 Libra, diem noctemque pari cum fœdere ducit ;  
 Tantùm quod victas usque ad se vincere noctes 660  
 Ex ipsâ jubet ad brumam, cùm tempora vincunt.  
 Tum Liber gravidâ descendit plenus ab ulmo,  
 Pinguiaque expressis despumant musta racemis.  
 Mandant & fulcis Cererem, dum terra tepore  
 Autumni resoluta patet, dum semina ducit. 665  
 Quattuor hæc & in arte valent, & tempora vertunt :  
 Sic hos atque illos rerum flectentia casûs,  
 Nec quicquam in primâ patientia sede manere.

Sed non per totas æqua est mensura figuras,  
 Omnia nec plenis flectuntur sidera signis. 670  
 Una dies sub utroque æquat sibi tempore noctem ;  
 Nam Libra atque Aries Autumnum, verque figurant.  
 Una dies toto Cancri longissima signo,  
 Cui nox æqualis Capricorni fidere fertur.

*Huic ex aduerso]* Huic, *Arieti*.  
 Sub Librâ noctes vicissim æquan-  
 tur diebus, quæ a Cancro fue-  
 rant diebus breviores. *FAYUS*.

*simili cum sorte]* Cum æquali  
 ratione aut designatione.

*Tantum quod victas]* Ducit  
 Libra diem & noctem Manilius  
 inquit, pari cum fœdere, quod  
 noctes, quæ usque ad se victæ  
 fuerant & minores luce, jubet  
 vincere ex seipsâ, id est, inde a  
 tempore Libræ ipsius superiores  
 esse diebus ; & quidem tantum  
 vincere ad brumam, sive ad sol-  
 sitium brumale, quando noctis  
 tempora victoriam reportant.

*BUTIRIGIS*.

*ab ulmo]* Virgilius & Horatius  
 hanc consuetudinem, vites ulmis

adungere, memorant. Sic *ma-  
 ritare ulmos vites*, ut earum ad-  
 miniculo fulciantur, ab istis &  
 multis aliis auctoribus affirmantur.

*dum semina ducit]* *Ducere se-  
 mina* eodem sensu quo *admittere  
 semina*. Cum terra autumnali  
 tempore, laxa & resoluta pateat ;  
 tempus est aptum seminibus se-  
 rendis : & hæc tempestate, dica-  
 tur terra semina invitare aut du-  
 cere.

*Quattuor hæc]* Quattuor hæc  
 signa Tropica tempora mutant.

*Sed non per totas]* Signa hæc  
 quattuor non æqualiter suas vires  
 emittunt ; nec totis gradibus cu-  
 jusque signi signa inclinantur, sed  
 tantum uno gradu.

Cætera

Cætera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt. 675

Una ergo in Tropicis pars est cernenda figuris,  
 Quæ moveat mundum, quæ rerum tempora mutet ;  
 Fata novet ; consulta alios declinet in usus,  
 Omnia in adversum flectat, rursusque revolvat.

Has quidam vires octavâ in parte reponunt ; 680

Sunt quibus esse placet decimam. Nec defuit auctor,  
 Qui primæ momenta daret, frænosque dierum.

*urgent vicibus*] Tempora dierum & noctium cætera nunc vicissim resistunt, nunc cedunt.

*moveat mundum*] mutet faciem totam cœli. FAVUS.

*Fata novet*] Non revera fati leges mutet : hæ enim, secundum veterum sententias, mutari nequeant : Sed fortunam, quæ ex æquabili rerum serie exoriatur, in novum alveum divertat.

*octavâ in parte*] In octavâ parte signorum Tropicorum.

*Nec defuit auctor*] Hipparchus.  
*frænosque dierum*] Motûs, & regimen dierum primæ parti ascribit Hipparchus.

Horoscopus habet frænos dierum : ergo non desunt, qui Tropica signa loco horoscopante, hoc est primo, ponunt. Ita habebunt frænos dierum, & momenta primæ domûs. SCALIGER.

## M. M A N I L I I

## A S T R O N O M I C O N.

## L I B E R IV.

**Q**UID tam sollicitis vitam consumimus annis ?  
 Torquemurque metu, cæcâque cupidine rerum ?  
 Æternisque senes curis, dum quærimus ævum,  
 Perdinus ; & nullo votorum fine beati  
 Victuros agimus semper, nec vivimus unquam ? 5  
 Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit ;  
 Nec quod habet, numerat : tantùm quod non habet, optat ?  
 Cumque sui parvos usûs natura reposcat,  
 Materiam struimus magnæ per vota ruinæ ?  
 Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas ? 10  
 Et summum censûs pretium est, effundere censum ?  
 Solvite, mortales, animos, curasque levate,  
 Totque supervacuis vitam deplete querelis.  
 Fata regunt orbem, certâ stant omnia lege,  
 Longaque per certos signantur tempora casûs. 15  
 Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.  
 Tunc & opes & regna fluunt, & sæpiùs orta  
 Paupertas ; artesque datæ, moresque creati,

*lucris emimus]* Quodcunque  
 ad luxum confert, iis quæstibus,  
 quos percepimus, comparamus.

*vitam deplete]* Vitam exone-  
 rate. Vitam curis eximite. *Pel-  
 lite curas.*

*ab origine]* Ab ortu, seu na-  
 tali horâ.

*moresque creati]* Formati quasi  
 per creationem.

Et vitia, & clades, damna, & compendia vitæ.  
 Nemo caret damno, poterit nec habere negatum; 20  
 Fortunamve suis invitam prendere votis,  
 Aut fugere instantem. Sors est sua cuique ferenda.  
 At nisi fata darent leges vitæque necisque,  
 Fugissent ignes Æneam? Troja sub uno  
 Non eversa viro fatis vicisset in ipsis? 25  
 Aut Lupa projectos nutritet Martia fratres?  
 Romaque sic enata foret; pecudumque magistri  
 In Capitolinos auxissent culmina montes,  
 Includeve suâ potuisset Jupiter arce?  
 Captus & a captis orbis foret? Igne sepulto 30  
 Vulneribus victor repetisset Mutius urbem?

*compendia vitæ]* Vitæ commoda, & emolumenta.

*Nemo caret damno]* Id est, nemo sine damno. Nec ullus poterit, quod a fato sibi negatum est, habere.

*Aut fugere instantem.]* Nemo istam fortunam, quæ huic obvenit, potest effugere.

*Fugissent ignes]* Scilicet ignes Trojæ, a Græcis incensæ.

*Non eversa viro]* Sub Æneâ, Troja quasi non extincta, in Româ postea, aut in Romæ sede ab illo positâ revixit. Victrix igitur Troja secundum fati rationem & ordinem; aut dum fata instarent in Trojæ incendio.

*Aut Lupa projectos]* Lupa, nutrix Remi & Romuli. Sed quare Martia appellatur? Dicitur Mars Remum & Romulum ex Iliâ genuisse, & stuprum in Martis luco admissum fuisse. Martia ergo dicitur, quoniam Martis liberos nutrit.

*culmina]* Auxissent Capitolini montis culmina casis, quas primum pastores erexerunt.

*arce]* Capitolio. In quo templum Jovis erat, & in templo Jovis imago.

*Captus & a captis]* Orbem terrarum tandem vicerunt Romani, qui antea a Græcis victi, in Trojæ excidio.

*Igne sepulto]* Mutius, ni fata dedissent, non urbem revertisset incolumis, & victor ex ipsis vulneribus, quæ Porfennæ cuidam è ministris per errorem intulit, dum regem ipsum peteret: hoc tempore, extincto aut sepulto igne in quo manum exusserat. Quo facto, Porfennæ ferociam domuit, & seditum suum per dimissionem effecit. Bentejus totâ errat viâ, cum exclamat iracundè, quid sit *Igne sepulto vulneribus?* Vah! nasus ejus Atticus aliquando obstruitur.



Solus & oppositis clausisset Horatius armis  
 Pontem urbemque simul? Rupisset fœdera Virgo?  
 Tresque sub unius fratres virtute jacerent?  
 Nulla acies tunc evicit. Pendebat ab uno 35  
 Roma viro, regnumque orbis sortita jacebat.  
 Quid referam Cannas, admotaque inœnibus arma?  
 Varronemque pigrum, magnum; quid? vivere posset,  
 Postque tuos, Thrasymene, lacus? Fabiumque morantem?  
 Accepisse jugum victas Carthaginis arces? 40  
 Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis,  
 Exiliumque rogi furtivâ morte luisse?  
 Adde etiam Italicas vires, Romamque suismet  
 Pugnans membris. Adice & civilia bella;

*Horatius]* Horatius Cocles.  
*Rupisset fœdera Virgo]* Virgo  
 Clœlia.

*Tresque sub unius]* Horatius  
 superstes Romanus, tres Curiatios  
 Albanos interfecit. Ita victoria  
 Romanis cessit.

*Nulla acies]* Non fuit præ-  
 lium commune utrinque commis-  
 sum.

*sortita jacebat]* Roma eo tem-  
 pore periclitabatur, aut in max-  
 imum discrimen adducebatur.

*Varronemque pigrum]* Piger  
 militiæ Varro dicitur, ob incertiam  
 rei militaris. Magnus, quod ani-  
 mum non abjecerit ex tantâ clade  
 apud Cannas; quapropter ipsi  
 redeunti Romanos egisse gratias,  
 auctor est Livius, quod de Repub-  
 licâ non desperavisset.

BUTIRIGIS.

*quid? vivere posset]* Cur non  
 mortem sibi ipsi conscivisset, post  
 cladem acceptam apud Thrasy-

mentum lacum a Flaminio? Me-  
 lius fuisset mori, quam cladi apud  
 Cannas supervixisse.

*Speratum Hannibalem]* Quem  
 nos sperabamus in manus nostras  
 venturum esse: quas ubi exilio  
 effugit, postea exilium luit furti-  
 vâ morte rogi, ist est, furtim sibi  
 ipse consciscens mortem.

BUTIRIGIS.

*Quid morte rogi?* Hunc ha-  
 buit rogi, qui furtivam mortem  
 sibi intulit. Quænam alia fiat in-  
 terpretatio, prorsus me latet.

Bentlejus, ut spurium rejicit,  
 nullius MSS. auctoritate innixus;  
 hi enim tres versus in omnibus  
 MSS. retinentur. Si auctor ipse  
 Manilius in eodem cum Bentlejo  
 sæculo vixisset, affirmavissetque se  
 ita scripsisse: Bentlejus exclama-  
 verit, *Apage, non credo.*

Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere victum : 45  
 Quòd consul totiens, exulque : ex exule Consul ;  
 Et jacuit Libycis compar jactura ruinis,  
 Eque crepidinibus cepit Carthaginis urbem.  
 Hoc nisi fata darent, nunquam fortuna tulisset.  
 Quis te Niliaco periturum littore, Magne, 50  
 Post victas Mithridatis opes, pelagusque receptum,  
 Et tres emenso meritos ex orbe triumphos,  
 Cum jam etiam posses alium cognoscere Magnum,  
 Crederet? ut corpus sepeliret naufragus ignis,  
 Et collecta rogam facerent fragmenta carinæ? 55  
 Quis tantum mutare potest sine numine fati?  
 Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus,  
 Cum bene compositis victor civilibus armis,

*Et Cimbrum in Mario]* Cimbri a Mario fracti, & in fugam versi.  
*in carcere victum]* Marius a Syllâ profligatus, & in vincula coniectus.

*consul totiens]* Septies consul fuit.

*compar jactura]* Post Jugurthæ victoriam, ruderibus, quæ fecerat, jacuit Marius. *Ita Lucanus lib 2.*

*Nuda triumphati jacuit per regna Jugurthæ.*

Damnum seu jacturam Africa tulerat; & Marius damnum intulerat; postea exul & fugitivus dum jacuit Libycis ruinis, eodem tempore ipse ruinâ disiectus. Ruina sua, ait Manilius, par fuit istis ruinis quas intulerat, ita jactura fuit sui.

*Eque crepidinibus]* Humili seu ignobili loco natus.

*Magne]* Pompeium Magnum introducit poeta.

*alium cognoscere Magnum]* Omnes interpretes, & inter hos *Bentleyus* ipse, hujus loci arcanum detegere non valuerunt. Post Pharfalicam cladem in Ægyptum fugientem Pompeium, Ptolomæus Rex Ægypti, cognomento Dionysius, Cleopatrzæ frater, interimendum curavit. Sed ille Ptolomæus vere magnus dici potuit, si Pompeii infortunia miseratus esset, & Pompejus illius operâ vixisset. Tum alium Magnum Pompejus potuit cognoscere, magnum in clementiâ. Hic est verus Manilii animus: quod aliter proposuerunt alii, ignavè conceperunt; & suas quisquillas, non auctoris sensum exhibent.

*naufragus ignis]* Ex naufragâ navi ignis factus, qui Pompeii corpus ad cineres redegit.

Jura togæ regeret, totiens prædicta cavere  
 Vulnera non potuit; toto spectante fenatu, 60  
 Indicium dextrâ retinens, nomenque, cruore  
 Delevit proprio, possent ut vincere fata.  
 Quid numerem everfas urbes, regumque ruinas?  
 Inque rogo Cræsum, Priamumque in littore truncum,  
 Cui nec Troja rogas? Quid Xerxem, majus & ipso 65  
 Naufragium pelago? Quid captos agmine Regis  
 Romanos postes? raptosque ex ignibus ignes?  
 Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat?  
 Quot subitæ veniunt validorum in corpora mortes?  
 Seque ipsæ rursus fugiunt, errantque per ignes? 70

*Jura togæ]* Jus Pacis, aut Jus civile, quod fuit Jus civitatis; *inter arma enim silent leges.*

*Indicium dextrâ]* Innuit Manilius nomen factionis, quæ in Cæsaris mortem conspiraverat. Quod nomen ab indicio patuit, in manus Cæsaris ab Artemidoro tradito, dum ad Senatum, die sibi fatali, perrexit.

*Inque rogo Cræsum]* Cræsus a Cyro victus & captus, vivus rogo impositus.

*Priamumque in littore]* Ita Virgilius.

*. . . jacet ingens littore truncus.*

*Cui nec Troja rogas]* Nam dum jacuit corpus Priami in littore, rogas ei defuit: & quanquam Troja tunc conflagraret, tamen vicem rogi non supplevit, quoad corpus ab isto incendio, cæu rogo, consumeretur.

*majus & ipso]* Naufragium adeo magnum, ut vix pelagus capere potuit.

*Romanos postes]* Porfenna janiculum cepit. SCALIGER.

*raptosque ex ignibus]* Ignēs Vestales ex ignibus Templi. Metellus, flagrante templo Vestæ, ignes sacros abripuit.

*qui templa ferebat]* Qui sacra templi secum tulit. Naso hunc locum Bentlejus suspendit. *Quomodo, ait criticus, templa ferebat, collo an manu?* Quomodo ille hoc loco non schema sentire potuit? *Templum* enim auctor inducit, per metonymiam subjecti, continentem pro contento.

*Seque ipsæ rursus]* Mortes se fugere affirmantur, quando præter spem morbus gravis retrocedit. *Et errare per ignes,* quando aliquis febre laboret, & fatalem morbi vim evadat. Tunc enim mortes per tales ignes errant tantum, quoniam, si infederint, æger forsitan periret.

Ex ipsis quidam elati rediere sepulchris.  
 Atque his vita duplex, illis vix contigit una.  
 Ecce levis perimit morbus, graviorque remittit :  
 Succumbunt artes, rationis vincitur usus.  
 Cura nocet, cessare juvat : mora sæpe malorum 75  
 Dat causas ; læduntque cibi, parcuntque venena.  
 Degenerant nati patribus, vincuntque parentes,  
 Ingeniumque suum retinent : transitque per illum,  
 Ex illo fortuna venit. Furit alter amore,  
 Et pontum tranare potest, & vertere Trojam. 80  
 Ecce patrem nati perimunt, natosque parentes :  
 Mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.  
 Non nostrum hoc bellum est : coguntur tanta movere,  
 Inque suas ferri pœnas, lacerandaque membra.  
 Et Decios non omne tulit, non omne Camillos 85  
 Tempus, & invictum devictâ morte Catonem.  
 Materies in rem superat, sed lege repugnat ;

Nam

*Cura nocet*] Per nimiam curam aliquando morbus ingravescit: melius est, cum res ita se habent, quod fors ferat, æquo animo ferre.

*vincuntque parentes*] Id est, filii nonnunquam patriorum capitum hæredes sunt degeneres; alias, parentum virtutes plusquam imitatione assequuntur: Eodem tempore, ingenium tam amabile, per totam vitam retinent.

*transitque per illum*] Illum præterit fortuna; illum amplectitur.

*pontum tranare potest*] Propter Helenam, quam Paris deperiit & abstulit, Troja everfa est.

*coguntur tanta movere*] Fatum nos regit, secundum hujus auctoris hypothesin; ad omnia, quæ facimus, miris modis quodam impetu cogimur. *Coguntur ad fratres supra dictos* refert.

*devictâ morte*] Cato mortis terrores, animi atrocitate, subegit.

*Materies in rem superat*] Silent interpretes. Hic versus videtur a sciolo quodam infirci. Nam neque præcedentem, neque subsequentem sensum connectit; nisi forsan authoris mentem, si sit Manilii, hoc modo eruere possimus. Materies, sive opes, ad rem certam faciendam abundant, sed

Nam neque paupertas breviores excipit annos,  
Nec sunt immensis opibus venalia fata.

Sed rapit ex cœpto in funus fortuna superbos, 90  
Indicitque rogam summis, statuitque sepulchrum.  
Quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis?

Quinetiam infelix virtus, & noxia felix.

Et malè consultis pretium est, prudentia fallit.  
Nec fortuna probat causas, sequiturque merentes; 95  
Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.  
Scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque,  
Majus; & in proprias ducat mortalia leges,  
Attribuatque suos ex se nascentibus annos,  
Fortunæque vices. Permiscet sæpe ferarum 100  
Corpora cum membris hominum: non feminis ille  
Partus erit. Quid enim nobis commune ferisque?  
Quisve in portenti noxam peccarit adulter?  
Astra novant formas, cœlumque interfêrit ora.  
Denique si non est fati, cur traditur, ordo? 105

Cunctaque

sed fati lex vetat. *Lege repugnat pro lege repugnatur*, contra grammatices præcepta; quæ vero Manilius sæpissimè violat. Hâc expositione, ad duos sequentes versus est argumenti thesis. Nam cum fati lex prohibeat vitam opibus venalem esse; paupertatis, sive pauperum, non brevior erit vita, ob largitionis impotentiam.

*ex cœpto*] In editionibus pene omnibus *rapit exceptos*. Sed quid sit *rapere exceptos* nisi *rapere raptores*? Proculdubio scripsit Manilius *ex cœpto*, id est *Ex voto*. Ita haud quaquam prosperè cæptis succedebat, scilicet, *votis succedebat*.

Liv. 21. 7. Cur non terrores criticos hoc loco incutit Bentlejus? Ille frigidè mutat, *ex tectō*. Heu! quantâ de spe decidimus!

*ex se nascentibus*] Ex seipso, annos det illis qui nascuntur. Ita est ordo verborum. Fatum intelligitur per illud quod est *majus*, in versu superiore.

*in portenti noxam*] Nempe, quis adulter adeo peccet, ut portentum in pœnam peccati producat. *Noxam* pœnam.

*interferit ora*] format vultus.  
*Denique si non est*] Si hæc non sint ex fati ordine, cur ita dicuntur? cur talis sit prædictio? nec talis

Cunctaque temporibus certis ventura canuntur ?

Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit,  
Virtutemve suis fraudare in præmia donis.

Nam neque mortiferas quisquam minus oderit herbas,  
Quòd non arbitrio veniunt, sed femine certo : 110

Gratia nec levior tribuetur dulcibus escis,  
Quòd natura dedit fruges, non nostra voluntas.  
Sic hominum menti tantò fit gloria major,  
Quòd cælo gaudente venit : rursumque nocentes 115  
Oderimus magis, in culpam pœnasque creatos.

Nec refert, scelus unde cadat : scelus esse fatendum.  
Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.

Quod quoniam docui, superest nunc ordine certo  
Cœlestes fabricare gradus, qui ducere flexo  
Tramite prudentem valeant ad fidera vatem. 120

Nunc tibi signorum mores, summumque colorem,  
Et studii varias artes, ex ordine reddam.

talis ratio delictorum gratiam facit : nam & virtus & vitium nostri sunt arbitrii.

*Nam neque mortiferas*] Ita mentem auctoris concipe. Vitium æque in odium veniet, utrum a nobis ipsis originem ducat, an a fati necessitate. Ita virtus, non minus grata, si a naturâ rerum oriatur, quam si a nostris voluntatibus

*cælo gaudente*] Cælo favente. Id est, cælo vitæ bene actæ principia inspirante.

*in culpam pœnasque*] Qui a fati legibus, in omne scelus ruunt,

& pœnam peccatis debitam pendunt.

*Hoc quoque fatale est*] Ridicula prorsus sententia, & forsan non auctoris, sed scribæ alicujus protervi. *Hoc est secundum leges fati, sic, nempe quomodo in lineis prioribus dictio valet, de fato discernere.* Acute, si hæc sit acuta locutio, *bonum est bonitatem asserere.*

*flexo tramite*] Obliquitatem Zodiaci innuit.

*summumque colorem*] Absolutam signorum dispositionem.

Dives fœcundis Aries in vellera lanis,  
 Exutusque, novis rursus spem semper habebit :  
 Naufragiumque inter subitum, censûsque beatos 125  
 Crescendo cadet, & votis in damna feretur :  
 In vulgumque dabit fructûs, & mille per artes  
 Vellera diversos ex se parientia quæstûs :  
 Nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere lanas,  
 Nunc tenuare levi filo, nunc ducere telâ : 130  
 Nunc emere, & varias in quæstum vendere vestes,  
 Quêis sine non poterant ullæ subsistere gentes ;  
 Vel sine luxuriâ tantum est opus. Ipsa suismet  
 Afferuit Pallas manibus, dignumque putavit,  
 Seque in Arachneâ magnum putat esse triumphum. 135  
 Hæc studia, & similes dicet nascentibus artes,  
 Et dubia in trepido præcordia pectore finget,  
 Seque suâ semper cupientia vendere laude.

Taurus simplicibus donabit rura colonis :  
 Pacatisque labor veniet: nec præmia laudis, 140  
 Sed terræ tribuet partûs. Submittit aratris

*Dives fœcundis*] Aries dabit mercatores, qui variis casibus rem frangent, ac iterum stabiliunt.

SCALIGER.

*Exutusque*] Spoliatusque.

*votis in damna*] Quando, quod optaverant, acquisiverunt, fortunæ naufragium facient.

*Vel sine luxuriâ*] Hoc opus necessarium est, etiam si luxuria non divaricatis cruribus incedat.

*Afferuit Pallas*] Dignum seipsâ opus afferuit.

*triumphum*] Pallas dicitur triumphus, hoc est triumphatrix, quomodo pastor certamen, hoc est certator apud Maronem.

SCALIGER.

*Hæc studia*] Hæc Aries dabit studia, &c.

*Seque suâ semper*] Ille, qui umbras falsæ gloriæ consectantur, illis, qui laudant quicquid agant, se vendere dicantur; quoniam, ob laudes erogatas, illis sese omnino dedunt. Itidem, magnificâ prædicatione se efferentes, quodammodo se vendere dicantur; quicquid enim venditioni objicitur, a venditore laudatur.

*Pacatisque labor*] Coloni, tranquillitatem ruris sentientes, nunquam in bellis versantur.

Ille,

Colla, jugumque suis poscit cervicibus ipse.  
 Ille, suis Phœbi portat cum cornibus orbem,  
 Militiam indicit terris, & segnia rura  
 In veteres revocat cultûs, dux ipse laboris ; 145  
 Nec jacet in fulcis, volvitque in pulvere pectus.  
 Serranos Curiosque tulit, fascesque per arva  
 Tradidit, eque suo Dictator venit aratro.  
 Laudis amor, tacitæ mentes, & corpora tarda  
 Mole valent, habitatque puer sub fronte Cupido. 150

Mollius è Geminis studium est, & mitior ætas,  
 Per varios cantûs, modulataque vocibus ora,  
 Et graciles calamos, & nervis infita verba  
 Ingentemque sonum : labor est etiã ipsa voluptas.  
 Arma procul, lituosque volunt, tristemque senectam ; 155  
 Otia & æternam peragunt in amore juventam.  
 Inveniunt & in astra vias, numerisque modisque  
 Consummant orbem, postquam ipsos fidera linqunt.  
 Natura ingenio minor est, perque omnia servit.

*Ille, suis Phœbi]* Sol signum Tauri ingreditur stato die : hinc dicitur orbem Phœbi cornibus portare.

*Militiam indicit]* Terræ militia, est terræ cultus.

*Serranos Curiosque]* Sub Tauro Serranus & Curius nati fuerunt.

*fascesque per arva]* MS. & Rom. *facilesque per arva* : id est, fecit ut sese facile ac non gravatè traderent Reip. a privato labore discedentes. BUTIRIGIS.

*Sì fasces retineantur,* sensus est, inter arborum cultûs fasces Cincinnato Serrano deferebantur.

*tarda mole]* Tarda ob molem.

*sub fronte]* Id est, in oculis, amoris indicibus.

*nervis infita verba]* Verba sonis accommodata.

*Ingentemque sonum]* Puta Milvina, quæ tibia est soni acutissimi. Milvi enim jugere dicuntur.

BUTIRIGIS.

*Consummant orbem]* A siderum studio ad Geometriam & Arithmeticen, & Geographiam se conferunt. A numeris Arithmeticos, à modis Geometras censet. SCALIGER. *Orbem* disciplinæ.

*Natura ingenio]* Quomodo sit natura ingenio minor, cum ingenium sit naturæ ipsius vis exerta, ipsi Œdipo scrupulum injiciat.



In tot fœcundi Gemini commenta feruntur. 160  
 Cancer at ardenti fulgens in cardine, victum  
 Quem Phœbus summis revocatus curribus ambit,  
 Articulum mundi retinet, luceſque reflectit.  
 Ille tenax animi, nullosque effusus in uſus,  
 Attribuit varios quæſtûs, artemque lucrorum : 165  
 Merce peregrinâ fortunam ferre per urbes,  
 Et gravia annonæ ſpeculantem incendia, ventis  
 Credere opes, orbis que orbi bona vendere poſſe,  
 Totque per ignotas commercia jungere terras,  
 Atque alio ſub ſole novas exquirere prædas, 170  
 Et rerum pretio ſubitos componere cenſûs.  
 Navigat, & ſteriles optando fortibus annos,  
 Dulcibus uſuris, æquâ quoque, tempora vendit.  
 Ingenium ſolers, ſuaque in compendia pugna.

Quis dubitet vaſti quæ fit natura Leonis ?  
 Quasque ſuo dicteſt ſigno naſcentibus artes ? 175

*fulgens in cardine*] In æſtivo Circulo.

*victum*] ſub poteſtate ſolis Cancer eſt hoc tempore.

*Quem Phœbus*] MS. & Rom. *cruribus*. Recte: Sol enim ſumma Cæneri crura ſolſtitio interſecat. BUTIRIGIS.

*revocatus*] Revertens æſtiva ab hybernis.

*Articulum mundi*] Punctum cardinale æſtivum.

*luceſque reflectit*] Id eſt, dies longiores reducit.

*Ille*] Cancer.

*tenax animi*] Animum ceſſans; naturam ſuam non indicans. Cancer non iſtam utilitatem rebus creatis confert, quam

cætera præbent animalia. Ita ſenſerunt veteres.

*ſpeculantem incendia*] *Annonam incendere*, Varro. Nempe annonam caram reddere.

*orbis que orbi*] Bona unius regionis alteri regioni vendere.

*optando*] Optat. ut pecunia, quam mutuam dedit, nil producat. Tunc enim qui mutuo ſumpſit, æs alienum augebit, & fœnerator majorem uſuram eſſagitabit.

*tempora vendit*] Tempora mercatur, ſive toto vitæ tempore mercaturam fœneratam facit.

*Pretio Æquo quoque*; ſcilicet, in tantum fœnus creſcit, ut tandem uſura ſit forti æqua.

Ille novas semper pugnas, nova bella ferarum  
 Apparat, & pecorum spolio, vivitque rapinis.  
 Hoc habet hic studium, postes ornare superbos  
 Pellibus, & captas domibus configere prædas,  
 Et purgare metu silvas, & vivere rapto. 180  
 Sunt quorum similes animos nec mœnia frænent,  
 Sed pecorum membrjs mediâ grassentur in urbe,  
 Et laceros artûs suspendant fronte tabernæ,  
 Luxuriæque parent cædem, mortesque lucrentur.  
 Ingenium ad subitas iras, facilesque recessûs, 185  
 Ac quale est puero. Sententia pectore simplex.  
 At quibus Erigone dixit nascentibus ævum,  
 Ore, magisterio, nodoque coercita Virgo,  
 Ad studium ducit mores, & pectora doctis  
 Artibus instituit: nec tam compendia censûs, 190  
 Quàm causas, viresque dabit perquirere rerum.  
 Illa decus linguæ faciet, regnumque loquendi;  
 Atque oculos mentis, quæ possit cernere cuncta,  
 Quamvis occultis naturæ condita causis.  
 Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est, 195

*Ille novas*] Venatores Leo dat, & confectores ferarum. Facit & simplices, ac minimè dolosos.

*purgare metu*] Frequentantes silvas metu ferarum liberare, ferarum interneccione.

*laceros artûs*] Venationem describit. Artûs laceri fronte cavearum suspendebantur, in quibus feras custodiebant Antiqui, in honorem & gloriam cædis.

*mortesque lucrentur*] In luxuriam parant cædem, id est, feras cædebant in sumptûs ostentationem; & hoc modo, quæstum fecerunt, dum auram popularem captarent.

*Ore, magisterio, nodoque*] Virgo dociles, studiosos, eruditos,

facundos, acutos dabit. Nascentur etiam notarii, singularii, scriptores. Item pudentes, & compositis moribus. Virgo concinnâ veste culta, quia compositâ pallâ pingebatur. Allusum autem ad Isthonium, quod finem stringit. Ab eo sinu incipit Libra. Ideo magisterium virgini attribuitur, quoniam in his rebus auctoritate suâ valet. Os autem, modestiam vocat. SCALIGER.

*nec tam compendia censûs*] Non tam divitias quærendi, quàm rerum naturam & causas, modum præcipit.

*cui littera verbum*] Scriptor singularius.

Quique notis linguam superet, cursumque loquentis,  
 Excipiens longas nova per compendia voces.  
 Ingenio bonus : at teneros pudor impedit annos,  
 Magnaque naturæ cohibendo munera frænat.  
 Hinc fœcundus erit, quod mirum in virgine, partus. 200

Librantes noctem Chelæ cum tempore lucis,  
 Mensuræ tribuent usûs, & pondera rerum,  
 Et Palamedeis certantem viribus ortum ;  
 Qui primus numeros rebus, qui nomina summis  
 Imposuit, certumque modum, propriasque figuras. 205  
 Hic etiam legum tabulas, & condita jura  
 Noverit, atque notis levibus pendentia verba ;  
 Et licitum sciet, & vetitum quæ pœna sequatur,  
 Perpetuus populi privato in limine Prætor.  
 Non alio potiùs genitus fit Servius astro, 210

*Librantes noctem Chelæ]* Hic locus in MS. & Rom. sic habet :

*Librantes noctem, &c.*

*Per nova maturi post annum  
 munera Bacchi.*

nam in Libræ signo utrumque est, æquinoctium & vindemia. Sed hic versus a Scaligero e textu ablegatus. Non solum irreptitius, ait, sed & ridiculus, & barbarus, ac nullam sententiam efficit.

EURYRIGIS.

*Et Palamedeis]* Palamedes calculorum ludum, mensurarum ac ponderum rationem excogitavisse fertur; necnon suffragia, quibus in judicando liberandoque nunc utimur, primus omnium reperisse. Numerorum inventorem

fuisse affirmat Plato, item Sophocles :

Οὐτὸν δεφείρε τεύχεον Ἀργείω γράτῃ  
 Σταθμὴν τ' ἀριθμῶν κ' μέτρων ἐυρή-  
 ματα  
 Κακίῳ ἔτευξεν —

*Ortus certare viribus Palamedis* dicitur, ut sub hoc signo natus, istam ingenii altitudinem in Palamede conspiciam, assequi conabitur.

*notis levibus]* Verborum compendiis.

*privato in limine]* In privatâ domo clientium casus solvit.

Quasi alter Prætor erit, qui potius jus dicere, quam interpretari videbitur. Nam ab ejus sententiâ stabunt, qui eum domi consulent. SCALIGER.

Qui

Qui leges magis imposuit, quàm jura retexit.  
Denique in ambiguo fuerit quodcunque locatum,  
Et rectoris egens, diriment examina Libræ.

Scorpius, armatâ violentâ cuspide caudâ,  
Qui, sua cum Phœbi currum per sidera ducit, 215  
Rimatur terras, & sulcis semina miscet,  
In bellum ardentis animos, & Martia castra  
Efficit, & multo gaudentem sanguine civem :  
Nec prædâ, quam cæde magis, Cumque ipsa sub armis  
Pax agitur, capiunt saltûs, silvasque pererrant. 220  
Nunc hominum, nunc bella gerunt violenta ferarum :  
Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ :  
Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.  
Sunt quibus & simulachra placent, & ludus in armis ;  
Tantus amor pugnæ est, discuntque per otia bellum, 225  
Et quodcunque pari studium producit arte.

*Qui leges magis imposuit]* Servius plurimas leges proposuit in utilitatem publicam spectantes, auctor legis, qui imponit : Juris interpretis, qui legum nodos resolvit, & in argumentis urgendis, ingenii telis pugnat.

Servius hic fuit Juris antistes, Ciceroni familiaris.

Tantæ animi dotes in Servio, cum clientis causam ageret, ut legis lator magis, quam Juris consultus videretur.

*Et rectoris egens]* Quodcunque auxilio aut ductu indiget.

*Qui, sua]* MS. & Rom. *Quâ sua*, quâ autem, nimirum caudâ, rimatur terras, &c. BUTIRIGIS.

*cum Phœbi]* Quando Phœbus hoc signum maximè afficit.

*sulcis semina miscet]* Cuspide Scorpius semina terræ mandata evertere fingitur.

*sub armis]* Inter arma.

*capiunt saltûs]* Qui capiunt saltûs? Nempe, animi ardentis supra dicti, venationis causâ.

*Nunc caput in mortem]* Quoniam auctorati, non ad ferrum damnati hoc faciunt.

SCALIGER.

*Sunt quibus & simulachra]* Campi doctores sunt: aut sub campi doctore simulachra pugnæ proludunt, & ad palaria batuunt, aut virgis deludunt. Idem.

At quibus in bifero Centauri corpore fors est  
 Nascendi concessa, libet subjungere currûs,  
 Ardentes & equos ad mollia ducere fræna,  
 Et totis armenta sequi pascentia campis, 230  
 Quadrupedum omne genus positis domitare magistris,  
 Exorare tigres, rabiemque auferre leoni,  
 Cumque elephante loqui, tantamque aptare docendo  
 Artibus humanis varia ad spectacula molem.  
 Quippe feræ mixtum est hominis per sidera corpus : 235  
 Quodque intenta gerit curvato spicula cornu,  
 Et nervos tribuit membris, & acumina cordi,  
 Et celeres motûs, nec delassabile pectus.  
 Festinos, Capricorne, foves penetralibus ignes :  
 Hinc artes studiumque trahis. Nam quicquid in usûs 240

*bifero Centauri]* Centaurus biformis. Pars ex equo, pars ex homine fingitur.

*subjungere currûs]* Sagittarius aut Centaurus rhedarios, equarios, domitores, mansuetarios, robustos, acutos, agiles, vegetos facit. SCALIGER.

*subjungere currûs]* Equos curribus jungere. Hypallage.

*armenta]* Equorum armenta.

*Quadrupedum omne genus]* Omne genus equorum. Ita Virgilius per vocem *quadrupedem* significat *equum*. Æn. 11.

*positis domitare]* Positis dorso magistris.

*Exorare tigres]* Mansuetos reddere tigres. Mansuetarii dicuntur, qui hoc faciunt. *Exorare* est, leniter tractando id efficere, quod non melius ex sententiâ evenisset, etiam si exoravisses.

*Cumque elephante]* Quis unquam audivit, elephantos loqui? Dicitio est elegans, & hanc vim habet: Tantam cum elephante familiaritatem contrahere quasi humanos mores elephantos excoluissent.

*Quippe feræ mixtum]* Corpus Sagittarii equinâ & humanâ formâ constat.

*per sidera]* Quoad sidera, seu inter sidera.

*Quodque intenta]* Quoniam Sagittarius gerit Sagittas in arcu extento, ideo hominibus sub senatis vires corporis & animi tribuit: & velocitatem, & robur, quod defatigatione nunquam ingravescit.

*Festinos, Capricorne,]* Festinum ignem vocat, a naturâ elementi.

Ignis agit, poscitque novas ad fidera flammæ,  
 Sub te censendum est : scrutari cæca metalla,  
 Depositas & opes, terræque exurere venas.  
 Quicquid & argento fabricetur, quicquid & auro,  
 Quòd ferrum calidi solvant atque æra camini, 245  
 Consumantque foci Cererem, tua munera surgent.  
 Addis & in vestes studium, mercemque fugacem  
 Frigore, brumalem fervans per fidera sortem,  
 Quâ retrahis ductas summa ad fastigia noctes,  
 Nascentemque facis revocatis lucibus annum. 250  
 Pars prior at Veneri mixto cum crimine servit,  
 Hinc est mobilitas rerum, mutataque sæpe  
 Mens natat. At melior juncto sub Pisce senecta est.

Ille quoque inflexâ fontem qui projicit urnâ,  
 Cognatas tribuit juvenilis Aquarius artes ; 255  
 Cernere sub terris undas, inducere terris,

Ipfaque

*Ignis agit]* In humani generis usum quodcumque facit ignis, aut ab igne factum est.

*poscitque novas ad fidera]* Quid vult auctor per *ad fidera*? An unquam fidera novas flammæ postulent? Si ita scripsit Manilius, in mentem venit dicere, quicquid a fideribus (a quibus, ut in toto libro constat, omnia quæ in terris extant proveniunt) flammæ novas exigit, Capricorni auxilio innititur. Aut quicquid ignem poscat apud fidera, sub Capricorni signo positum est: Veteres enim, stellas, tot ignes fuisse, existimabant; quæ in terras vires suas continuò emiserunt.

*mercemque fugacem]* Videtur accipere mercem fugacem pro eâ, quæ cito extruditur, neque diu

apud Sagarium manet; & hoc ita fit, tempore brumali. Tunc enim, propter anni tempus, mercis magna incendia vulgo sunt.

SCALIGER.

*retrahis ductas]* Noctes sub Capricorno, longissimæ. A Capricorno ad Cancrum gradatim breviores, luces vero ampliores.

*Pars prior at Veneri]* Venerem, quæ præter naturam est, leviter perstringit, in vocibus *mixto cum crimine*. Crimen est duplex: unum ex illicito amore, alterum ex libidine, quæ præter naturam, oritur.

*juncto sub Pisce]* Capricorni pars inferior in piscem definit, qui, ob algorem, senectam indicat.

*Cernere sub terris]* Aquæ ductus. Aquæ, quæ primo sub terris inveniuntur, & inde, machinis

Ipsaque converfis aspergere fluctibus astra,  
 Littoribusque novis per luxum ludere ponto,  
 Et varios fabricare lacûs, & flumina ficta,  
 Et peregrinantes domibus suspendere rivos. 260  
 Mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda,  
 Perque arcûs veniunt operum, portisque sequuntur.  
 Quippe etiam mundi faciem, sedesque movebit  
 Sidereas, cœlumque novum versabit in orbem.  
 Mite genus, docilesque fluunt a fidere partûs : 265  
 Pectora nec sordent ; faciles in damna feruntur :  
 Nec deest, nec superest census. Sic profluit urna.  
 Ultima quos Gemini producunt sidera Pisces,  
 His erit in pontum studium, vitamque profundo  
 Credent, & puppes, aut puppibus arma parabunt. 270  
 Quicquid & in proprios pelagus desiderat usûs.  
 Innumeræ veniunt artes. Vix nomina rebus  
 Sufficiunt. Tot sunt, parvæ quot membra carinæ.  
 Adde gubernandi studium. Pervenit in astra,  
 Et pontum cœlo conjunxit. Noverit orbem, 275  
 Fluminaque, & portûs mundi, ventosque, necesse est.  
 Jamque huc atque illuc agilem convertere clavum,

chinis aquaticis, terris inducuntur. Hic, artibus variis, scaturigines, expressiones aquarum, elices, naumachia, pensilia aquarum receptacula tectorum culminibus, excogitantur.

*portisque sequuntur*] Ille artes, per quas formæ structiles, dividicula, aut castella ducuntur. *Portis sequuntur*, artes oriuntur aquaticæ portarum erectione.

*Sidereas*] Sub hoc signo Astronomi nascuntur. SCALIGER.

*cœlumque novum*] Sphæram Archimedeam intelligit. Idem.

*faciles in damna*] Luxuriæ dediti: ob quam causam rem familiarem facillimè abliguriunt.

*Ultima quos*] Pisces sunt signa ultima Zodiaci.

*arma parabunt*] Armamenta scilicet navalia.

*Pervenit in astra*] Quid in astra pervenit? Nempe, gubernandi studium. Ars nautica enim astrorum cursibus obtemperat.

*portûs mundi*] Portûs terræ. Raro mundus in hoc opere æquè valet ac terra.

Et frænare ratem, fluctûsque effindere rectos ;  
 Aut remis agere, & lentas inflectere tonfas ;  
 Et placidum inductis everrere retibus æquor, 280  
 Littoribusque suis populos exponere captos :  
 Aut uncos celare cibus, aut carcere fraudem.  
 Navales etiam pugnas, pendentia bella  
 Attribuunt, pelagique infectos sanguine fluctûs :  
 Et celeres motûs, mutataque cuncta per ævum. 285

Hos tribuunt mores, atque has nascentibus artes  
 Bis sex naturâ propriâ pollentia signa.  
 Sed nihil in semet totum valet. Omnia vires  
 Cum certis fociant signis sub partibus æquis,  
 Et velut hospitio, mundi commercia jungunt, 290  
 Conceduntque suas partes retinentibus astris.  
 Quas partes decimas dixere Decania gentes.

A nu-

*frænare ratem*] Ratem gubernare.

*fluctûsque effindere rectos*] Sensus est: Ita mare carinâ findere, ut recto ductu ad locum propositum aut portûs optatos perveniamus.

*lentas inflectere tonfas*] Lata remi pars, ob tenuitatem, facile flectitur; præsertim per remigum vim, & undarum repugnantiam.

*populos exponere*] Exponere pisces, qui populi sunt aut incolæ maris.

*aut carcere fraudem*] Nassa piscatoria, quæ e viminibus contextis constat, & in parte extremâ escam continet, in aquas a piscatoribus demergitur, deditâ operâ pisces illaqueare.

*Attribuunt*] Iis, qui sub piscibus nascuntur, *navales pugnas*, &c. attribuunt.

*Bis sex*] Signa duodecim, quæ vires secundum naturas exerunt, tribuunt, &c.

*Sed nihil in semet.*] Non signum ullum per se, aut per proprias partes quidem, potentiam universam, aut omnibus numeris absolutam habet.

*Et velut hospitio*] Modo quasi hospitali.

*retinentibus astris*] Alternum inter signa auxilium valet. Suas partes quæque dant aliis, & ab aliis suas partes recipiunt. *Astris retinentibus* suas partes.

*Decania gentes*] Cum tricenarum partium sit signum, unumquodque tres decurias habet. Singulis decuriis singuli decani præfident. Ut primæ parti Arietis præfidet Aries ipse, & reliquis novem. Undecimæ, ac reliquis novem

Z



A numero nomen positum est, quòd partibus astra  
 Condita tricenis propriâ sub sorte feruntur,  
 Et tribuunt denas in se coeuntibus astris,  
 Inque vicem ternis habitantur fidera signis.

295

Sic altis natura manet consepta tenebris,  
 Et verum in cœco est, multâque ambagine rerum,  
 Nec brevis est usus, nec amat compendia cœlum.  
 Verum aliis alia opposita est & fallit imago,  
 Mentiturque suas vires, & numina celat.  
 Stat tamen, & proprias miscet per singula vires.  
 Quæ tibi non oculis, altâ sed mente fuganda est  
 Caligo; penitusque Deus, non fronte notandus.

300

Nunc quæ sint conjuncta, quibus, quove ordine reddam,  
 Ne lateant aliæ vires aliena per astra.  
 Namque Aries primam sortem sibi vindicat ipsi:  
 Altera fors Tauro, Geminis pars tertia cedit.  
 Sic inter denas divisum ducitur astrum;

306

novem Taurus. Vicefimæ primæ, ac reliquis novem Gemini. Idem ordo in cæteris signis tenetur. Signa, quæ se ex trigono aspiciunt, eosdem Decanos habent. Nam Aries, Leo, Sagittarius, quæ trigona sunt, eosdem Decanos habent, Arietem, Taurum, Geminos. Eadem ratio in reliquis: ut in uno Signo terni Decani sint: quia tribus contuberniis, seu Decuriis distinguuntur. SCALIGER.

*gentes*] Populi universi, five, gentes universæ.

*brevis est usus*] Disciplina, quæ ad rerum cœlestium notitiam ducit, longa est & laboriosa.

*verum aliis alia*] Ob diversas

signorum figuras & vires, & fallaciam, quæ exinde oritur, nodi difficiles scientiæ ægrè retexuntur. Quamobrem non videndo, sed meditando, tenebræ discutiendæ; & natura non extrinsecus, sed intrinsecus, expendenda.

*Nunc quæ sint*] Signa quæ sint consociata, & quibus signis sint in societatis fœdus ascita, enumerat, nè in aliis signis aliæ potentia ignorentur.

*Namque Aries*] Ait Arietem primam sui Decaniam sibi retinere: secundam Tauro concedere; tertiam Geminis. FAYUS.

*inter denas*] In tres decima sortes. Idem.

Totque

Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit. 310  
 Diverſa in Tauro ratio eſt, nec parte ſub ullâ  
 Cenſetur: Cancro primam, mediamque Leoni,  
 Extremam Erigonæ tribuit natura per aſtrum.  
 Libra decem partes Geminorum prima capeſſit;  
 Scorpius adjunctas: Centauri tertia pars eſt. 315  
 Nec quiſquam numero diſcernitur: ordine cedit.  
 Cancer in adverſum Capricorni dirigit aſtrum,  
 Bis quinas primùm partes dignatus in illo  
 Temporis articulo, ſub quo cenſetur & ipſe;  
 Quòd facit æquales luces brumalibus umbris, 320  
 Cognatamque gerit diverſo in cardine legem.  
 Alterius partis perfundit Aquarius ignes,  
 Quem ſubeunt Piſces, extremo fidere Cancri.  
 At Leo confortis meminit, ſub lege Trigoni,  
 Lanigerumque ducem recipit, Taurumque quadrato 325  
 Conjunctum ſibi. Sub Geminis pars tertia fertur:  
 Hos quoque conjungit per ſenos linea flexûs.

*dominos]* Decanos: Docet in v. ſequenti primæ Tauri Decaniæ præeſſe Cancrum, &c.

*Libra decem partes]* In primam Geminorum Decaniam dominatur Libra.

*Nec quiſquam]* Sensus ſic ſe habet. Non tam numeri, quam ordinis ratio habetur. Cancer dirigit ſe ſecundùm Capricorni fidus, Decaniam ſuam concedens in iſto cardinali puncto, ſub quo cenſetur Capricornus: quoniam Cancer, dies æſtivos æquales noctibus hibernis efficit.

*Cognatamque gerit]* Et in cauſâ eſt Cancer, quare noctes hibernas, æquales diebus æſtivis, Capricornus in adverſo cardine efficit. Lex hæc eſt cognata.

*Alterius portis]* Signum Aquarius Stellæ Decaniæ ſecundæ, quæ ad Cancrum pertinet, aſpergit.

*extremo fidere]* Decaniâ tertiâ.

*confortis meminit]* Nempe Arietis, qui Leoni confortis eſt lege Trianguli. Etenim Aries, Leo, Sagittarius, primum conſtituunt Triangulum. FAYUS.

*Taurumque quadrato]* Secundæ ſuæ Decaniæ, Leo Taurum præficit, qui ſibi conjunctus lege Quadrati. Nam Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius, Quadratum efficiunt. Idem.

*Hos quoque]* Gemini Leoni junguntur lege Hexagoni. Idem.

Præcipuum Erigone Cancro concedit honorem,  
 Cui tribuit primam partem. Vicina relicta est  
 Vicino, Nemeæ, tibi : pars ipsius ima est, 330  
 Quæ fastidito concessa est jure potiri.

Sed Libra exemplo gaudet, pariterque regentem  
 Noctes atque dies diverso in tempore secum  
 Lanigerum sequitur. Veris juga temperat ille :  
 Hæc autumnales componit lancibus horas. 335  
 Nulli concedit primam, traditque sequenti  
 Vicinam partem. Centauri tertia summa est.

Scorpius in primâ Capricornum parte locavit ;  
 Alterius dominum, cui nomen fecit ab undis :  
 Extremas voluit partes sub piscibus esse. 340  
 At qui contento minitatur spicula nervo,  
 Lanigero primas tradit sub jure Trigoni,  
 Et medias Tauro partes, Geminisque supremas.  
 Nec manet ingratus Capricornus crimine turpi,  
 Sed munus reddit Cancro, recipitque receptus, 345  
 Prin-

*Præcipuum Erigone*] Decaniæ primæ, quæ ad Virginem pertinet, Cancrum præesse docet : secundæ Leonem, tertiæ Virginem ipsam. Idem.

*fastidito*] Ab aliis contempto. Idem.

*Sed Libra exemplo*] Aries, qui puncto Æquinoctiali verno dies noctibus æquat, primam sui Decaniam sibi retinet, exemplum Libræ præbet, quæ, autumnali tempore, noctes diebus similiter æquat, & primam suam Decaniam regit. FAYUS.

*Hæc autumnales*] Elegantissime servatis Libræ partibus, jugo & lancibus. Ille, inquit, Aries temperat veris juga : hæc vero Libra componit autumnales horas suis lancibus. BUTIRIGIS.

*sequenti*] Scorpius Libram sequitur.

*Alterius dominum*] Dominum alterius seu secundæ Decaniæ Aquarium constituit.

*crimine turpi*] Ingrati animi crimen intelligendum est.

*recipitque receptus*] Receptus fuerat a Cancro Capricornus, nunc

Principiumque sui donat. Conjuncta Leonis  
 Regna ferunt, summas at partes Virginis effe.  
 Fontibus æternis gaudens urnâque fluenti,  
 Jura sui Libræ permittit prima regenda.  
 Hærentesque decem partes nepa vindicat ipsi : 350  
 Summas Centaurus retinet juvenile per astrum.  
 Jam superant gemini Pisces, qui sidera claudunt.  
 Lanigero primos tradunt in finibus usûs :  
 Perque decem medias partes tu, Taure, receptus ;  
 Quod superest ipsi sumunt, atque orbe feruntur 355  
 Extremo, sic & fortis pars ultima cedit.

Hæc ratio reteggit latitantis robora mundi,  
 In pluresque domos, partitaque munia cœlum  
 Dividit, & mediis secuit quoque sepibus orbem.

Nec tua sub titulis fallantur pectora notis : 360  
 Diffimulant, non se ostendunt mortalibus astra.  
 Altiùs est acies animi mittenda sagacis,  
 Inque alto quærenda manent, junctisque sequendum

nunc vicissim Cancrum gratè recipit. Primam Decaniam Capricornus Cancro tribuit, quia Cancer primam suam antea Capricorno concesserat.

*Conjuncta Leonis*] Id est, Vicina regna, seu secundam Capricorni Decaniam, ut aiunt, Leo sibi vindicat.

*summas*] Ultimas.

*Hærentesque decem*] Decania Aquarii secunda Scorpionis tribuitur.

*qui sidera claudunt*] Pisces sidera claudunt, quia ultimum in orbe cœlesti signum.

*tradunt in finibus*] *Finibus* regni. *Primos usûs* primum prin-

cipatum, aut primam potestatem. Ita prima Piscium Decania Arieti assignatur, qui, in regno Piscium, primum post se locum obtinet.

*partitaque munia*] Officia inter se, singulatim divisa, signa exequantur. Signa in quâsdam partitiones ab Astronomis disponuntur, quæ vocantur domûs.

*secuit quoque sepibus*] orbem cœli hæc ratio divisit, & plurimis limitibus præcinxit.

*Inque alto*] Astra in animo, altè studiis Astronomicis dedito, singulis viribus, officiis, & muneribus effingentur. *Alto*, animo altè sollicito.

Viribus:

Viribus : & cujus signi quis parte creatur,  
Ejus habet mores, atque illo nascitur astro.  
Talis per denas fortes natura feretur.

365

Testis erit varius sub eodem fidere fœtus,  
Quoddque in tam multis animantium millibus, uno  
Quæ veniunt signo, tot sunt, quot corpora, mores ;  
Et genus externum referunt aliena per astra,  
Confusique fluunt partûs hominum atque ferarum.  
Scilicet in partes junguntur condita plures,  
Diversasque ferunt proprio sub nomine leges.  
Nec tantum lanas Aries, nec Taurus aratra,  
Nec Gemini Musas, nec merces Cancer amabit,  
Nec Leo venator veniet, nec Virgo Magistra,  
Mensuris ant Libra potens, aut Scorpius armis,  
Centaurusque feris, igni Capricornus, & undis  
Ipse suis juvenis, geminique per æquora Pisces :  
Mixta sed in plures sociantur sidera vires.

370

375

380

*junctisque sequendum*] Digni scuticâ interpretes, qui hunc locum densissimâ caligine involutum miserè prætermiserunt. Ita concipe. Ne, quod vulgò notum, in signorum indagatione arripias : signorum enim scientia difficili studiorum progressu acquirenda. In semet sive in toto non tantum valent, verum etiam in partibus ; quas coeutes in signo quoque, Manilius vocat *junctas vires*. Sequendum ergo est a nobis, donec præcipuas signorum vires aut partes, quæ genesin regunt, penitus animis complectimur.

*Et genus externum*] Eorum est aliena natura, quoniam alienum est sidus ; nam diversas vires

exerit, prout in singulis partibus diversitas dominatur.

*Confusique fluunt*] Farraginem sapiunt hominum & ferarum partûs, ob causam antecedentem, scilicet varietatem, quæ in singulis signorum partibus valet.

*condita*] Signa formata, aut composita.

*nec Virgo Magistra*] Sub Virgine, docti, & scientiarum periti nascuntur.

*Mixta sed*] Unum quodque signum, diversas leges, & contrarias sibi invicem, præscribit. *Sociantur sidera* : id est, in fœdus coeunt signa, ut hanc varietatem tueantur.

Multum

Multum, inquis, tenuemque jubes me ferre laborem,  
Cernere cum facili lucem ratione viderer.

Quod quæris, Deus est. Conaris scandere cœlum,  
Fataque fatali genitus cognoscere lege,

Et transire tuum pectus, mundoque potiri? 385

Pro pretio labor est, nec sunt immunia tanta.

Nec mirere viæ flexûs, rerumque catenas?

Admitti potuisse sat est. Sint cætera nostra.

At nisi perfossis fugiet te montibus aurum,

Rursûs & in magnâ mergis caligine mentem, 390

Obstabitque suis opibus superaddita tellus.

Ut veniant gemmæ, totus transibitur orbis.

Nec lapidum pretio pelagus cœpisse pigebit.

*tenuemque jubes*] Laborem subtilem, immensum, & profundâ eruditione gravidum me ferre jubes, inquit Manilius ad Augustum, quando hæc omnia in nostram intelligentiam facilè cadere, existimarem.

*Quod quæris, Deus*] Ait Manilius, quod me investigare jubes, est Deus. Tum respondit Augustus per interrogationem, quasi hoc captum fugillans, *Conaris*, &c.

*transire tuum pectus*] Ea moliri, quæ captum tuum superant.

*nec sunt immunia tanta*] Res tantæ non sunt ejusmodi, quin pertingi a nobis non possint. *Immunis* intactus, qui ad munus necdum adhibetur, aut adhiberi potest. Manilii verba. BUTIRIGIS.

*Nec mirere viæ*] Ait Augustus, Quid? Non varii viæ an-

fractûs, & cœlestium corporum conjunctiones te obtupefacient? Respondent Manilius, *admitti*, &c. Dialogus inter Augustum & Manilium fictus ab auctore struitur. Manilium rem petere supra vires, ait Augustus; & si obniteretur cœlum & ejus auctorem intelligere, ne plus ultra procedere potuit; hæc enim abstrusa nequaquam animo humano comprehendi possunt.

*At nisi*] Reponit Augustus usque ad finem hujus sectionis. Non potes aurum invenire nisi fodiâs, & iterum atque iterum; & terra super terram altè cumulata, tuis conatibus obstabit, quo minus suas opes abstrahas.

*lapidum pretio*] Ut pretio magno veneant gemmæ, pelagus periclitamur.

Annua solliciti consummant vota coloni,  
 Et quantæ mercedis erunt fallacia rura ? 395  
 Quæremus lucrum navi, Martemque sequemur  
 In prædas? Pudeat tanto bona velle caduca.  
 Luxuriæ pernox est, & vigil, atque ruinis  
 Venter: & ut pereant, suspirant sæpe nepotes,  
 Quid cælo dabimus? quantum est, quo veneat omne? 400  
 Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.  
 Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.

Nec fatis est signis dominantia discere signa  
 Per denos numeros, & quæ sint infita cuique.  
 Sed proprias partes ipsas spectare memento, 405  
 Vel glacie rigidas, vel quas exufferit ignis,  
 Et (steriles utroque tamen) quas largior humor,  
 Quasque minor jam succus obit. Namque omnia mixtis  
 Viribus, & vario consurgunt sidera textu.  
 Est æquale nihil. Terrenos aspice tractûs, 410

*Annua solliciti*] Quanquam vota, in spem messis copiosæ, agricolaë faciant, tamen terra non raro spes destituet.

*In prædas*] Ut prædas faciamus.

*atque ruinis*] Usque ad ruinam rei familiaris.

*et ut pereant*] Posterii verentur, ne ad inopiam, ob luxuriam majorum, redigantur.

*quo veneat omne*] Aurum scilicet, quo *veneat omne*. Quantum est illud pretium, propter quod, omnia vendenda sunt, ut cælestem scientiam hauriamus.

*Impendendus homo*] Si aurum impendis, nihil magnum impendis. Impendendus homo ipse est, ut adipiscaris Deum. SCALIGER.

*Sed proprias partes*] Non fo-

lum signa generaliter in aliis signis, sed singulariter in seipsis spectare oportet. Veteres Ægyptii in dimidias portiones & momenta signa dividebant: easque particulas signa vocârunt, ut quædam quasi signa in signis essent. Neque verò æqualiter ea dividerunt, ut in decanis fecerant: sed alias atque alias diversis modis portiones fecerunt, propter diversas rationes, quas absolutis stellarum circuitionibus attribuerunt. Portiones igitur eæ in signis, aliæ Saturni inveniuntur, aliæ Jovis, aliæ Veneris, ac deinceps reliquorum planetarum. SCALIGER.

*(steriles utroque)*] Steriles & in largiori & in minori aquarum irrigatione.

Et maris, & notis fugientia flumina ripis.  
 Crimen ubique frequens, & laudi noxia juncta est.  
 Sic sterilis lætis terris intervenit annus,  
 Ac subitos rumpit parvo discrimine fœtûs :  
 Et modo portus erat pelagi, jam facta Charybdis, 415  
 Laudatique cadit post paulò gratia ponti.  
 Et nunc per scopulos, nunc campos labitur amnis,  
 Sic etiam cœli partes variantur in astris.  
 Ut fignum a figno, sic a se discrepat ipsum,  
 Momentoque negat vires, usumque salubrem. 420  
 Quodque per has geritur partes, sine fruge creatur ;  
 Aut cadit, aut multis sentit bona mixta querelis.  
 Hæ mihi signandæ proprio sunt carmine partes.  
 Sed quis tot numeros toties sub lege referre,  
 Tot partes iterare queat, tot dicere summas ? 425  
 Per varias causas faciem mutare loquendi ?  
 Incipimus si verba, piget ; quòd gratia deerit ;  
 In vanumque labor cedit, quem despicit auris.  
 Sed mihi per carmen fatalia jura ferenti,

*fugientia flumina*] Flumina ripas deferentia ; quo fit, ut illic terra, ubi antea fuit aqua.

*laudi noxia juncta*] Nihil est, quod laudem asserat, quin vitio quodam misceatur.

*parvo discrimine*] Parvo temporis spatio.

*Et modo portus*] Charybdis est, ubi modo portus.

*Laudatique cadit*] Mare, antea celebratum ob securitatem, modo ob Charybdim factam, periculofum.

*Momentoque negat*] Vires, quas fignum modo contulit, dicto citius subducit ; & istos effectûs salutiferos, quos undique sparfit, coerces.

*Quodque per has geritur*] Per has cœli partes quod factum est, sine ullo proventu emanat.

*Aut cadit*] Aut forsan in ipso ortu perit, aut si existat, & bona & mala æqualiter distributa partitur.

*querelis*] Malis mixta.

*Sed quis tot numeros*] Non cuivis promptum est, vocabula arti vel scientiæ propria, carminibus intexere.

*Per varias causas*] Per varios rerum, in Materiâ tractatâ occurrentium, statûs, varietatem dictionis fabricare.



Et sacros cœli motûs, ad jussa canendum est. 430  
 Nec fingenda datur, tantùm monstranda figura.  
 Ostendisse Deum nimis est: dabit ipse sibi met  
 Pondera. Nec fas est verbis suspendere mundum,  
 Rebus enim major. Nec parva est gratia nostri  
 Oris, si tamen hæc poterit signare canendo. 435  
 Accipe, damnandæ quæ sint per sidera partes.

Lanigeri pars quarta nocet, nec sexta salubris.  
 Septima pars illi a decumâ, decumæque secunda,  
 Quæque duas duplicat summas, septemque novemque;  
 Unaque viginti numeros pars addita claudens, 440  
 Et quintam, & duram consummans septima partem.

Tauri nona mala est, similis quoque tertia pars est  
 Post decimam, necnon decimæ pars septima juncta:  
 Bisque undena nocens, & bis duodena nocentes;  
 Quæque decem tresque ingeminat; fraudatque duobus 445  
 Triginta numeros, & tu, tricesima summa.

*ad jussa canendum est]* Ex his verbis manifestè constat, Manilium ab Augusto jussum hoc opus componere: Conveniunt enim supradictis, *tenuemque jubes me ferre laborem.*

*Nec fingenda datur]* Nulla fictio hîc oritur, verùm ipsa demonstratio.

*figura]* Nempe figura cœlestis, five astrorum phases.

*Ostendisse Deum]* Existentiã divinã, quã & qualem, describere, animis humanis non conceditur. Deus ipse sese in operibus creatis ostendit, aut dat sibi ipsi pondus.

*suspendere mundum]* Universum systema locutione humanã ex-

ponere, five de legibus divinis aptè & accuratè dicere, non possumus. Assignatur ratio: quoniam, ex rebus ipsis, verba vix ad materiam suppeditant.

*Septima pars]* Illi, Arieti, pars 17 & 12 & septem & novem geminatæ, nempe 14 & 18, & pars 21, id est, additã viginti unã: deinde pars addita viginti numeris claudens quintam, nempe 25, & septimã viginti numeris addita, viz. 27.

*duram]* Dura dicitur, quia noxia.

*fraudatque duobus]* Triginta numeris duobus abstractis, manent 28:

Pestifera in Geminis pars prima & tertia signis.  
 Septima non melior, ter quinta & noxia pars est.  
 Unaque bis denis brevior nocet, unaque major :  
 Et similis noxæ veniet vicesima quinta : 450  
 Cumque duæ subeunt, vel cum se quattuor addunt.  
 Nec Cancrî prima immunis, nec tertia pars est,  
 Nec sexta, octavæ similis : decimæque peractæ  
 Prima rapit : nec ter quintæ clementior usus.  
 Septima post decimam luctum, & vicesima portat : 455  
 Et quinta accedens, & septima, nonaque summa.

Tu quoque contactu primo, Nemeæ, timendus,  
 Et quartâ sub parte premis. Bis quinta salubri  
 Terque caret cœlo : vicesima & altera lædit :  
 Et tribus appositis junctim, totidemque secutis : 460  
 Ultima nec primâ melior tricesima pars est.

*Unaque bis denis*] Unâ de viginti demptâ, manebit numerus 19. major viginti unus numerus, faciet 21.

*similis noxæ*] Ejusdem noxæ.

*Cumque duæ subeunt*] Duæ partes numero priori 25 additæ, constituunt 27. quater additæ 29.

*immunis*] *Immunis* noxâ.

*Prima rapit*] Prima pars post decimam, i. e. pars undecima, rapinis obnoxia.

*Et quinta accedens*] Quinta pars accedens ad vicesimam, id est, 25.

*et septima*] Nempe pars septima vicesimæ addita, quæ conficit numerum 27. Sic de sequenti nonâ parte, scilicet, 29.

*Tu quoque contactu*] Scilicet cum primum Orizontem orientalem contingit Leo. Verbum est artis. SCALIGER.

*premis*] · Noxius es.

*Bis quinta salubri*] Decima tertia pars est noxia, quoniam nebulosa est in jubâ Leonis, inducens cœcitatem. BUTIRIGIS.

*vicesima & altera*] Altera pars vicesimæ addita, id est, 21.

*Et tribus appositis*] Tribus partibus junctis Vicesimæ, nempe numerus 23. *totidemque secutis* nempe tot, quot priores, id est, tres aliæ sequentes, quæ conficiunt in toto numerum 26.

Erigones nec pars prima est, nec sexta, nec una  
Ad decimam, nec quarta, nec octava utilis unquam.  
Proxima viginti numeris, & quarta timenda ;  
Et quæ ter decimam claudit fors ultima partem. 465

Et quinta in Chelis, & septima inutilis æstu.  
Septima & undecimæ, decimæque, & tertia juncta :  
Quartaque bis denis actis, & septima : & ambæ  
Quæ numerum claudunt, nona & tricesima, partes.

Scorpius in primâ reus est, cui tertia par est, 470  
Et sexta, & decima, & quæ ter quoque quinta notatur :  
Undecimam geminans ; & quæ vicesima quinta est,  
Octavoque manet numero, nonumque capeffit.  
Si te fata finant, quartam ne delige partem  
Centauri ; fuge & octavam : bis sexque peractis, 475  
Octo bis aut denis metuendus dicitur aer.  
Cumque iterùm duodena refert, aut terna decemque,  
Aut septena quater, vel cum ter dena figurat.  
Nec pars optanda est Capricorni septima. Nona

*quarta timenda*] Quarta pars viginti prioribus numeris addita, quæ summam 24 conficit.

*inutilis æstu*] *Esto* in nonnullis editionibus ; sed a Bentlejo feliciter emendatur, qui substituit *æstu*.

*Quartaque bis denis*] Numerus 14 intelligitur. *Septima*, id est, pars septima addita viginti, quæ conficit 27.

*nona*] Vicesima nona. *Nona* addita bis denis.

*Undecimam geminans*] Undecimâ geminatâ, exit numerus 22.

*Octavoque manet*] Pars vice-

fima, octavo numero addita, numerum 28 producit.

*nonumque capeffit*] Nonum numerum numero vicesimo additum, nempe 29.

*Octo bis aut denis*] Id est, bis octo, 16, & bis denis, 20.

*iterùm duodena*] Nempe bis duodena, 24.

*terna decemque*] Bis aut iterùm terna decemque ; hinc oritur numerus 26.

*septena quater*] Absolutè, 28.

*Nona Consentit*] Consentit cum septimâ : quamobrem est similiter noxia.

Consentit,

Consentit, decimamque sequens quam tertia signat : 480

Et tribus, aut unâ quæ te, vicesima, fraudat :

Quæve auget quintâ, numero vel sexta feretur.

\* \* \* \* \*

Damnanda est decimæ succedens prima peractæ,

Tertiaque & quinta, & numero quæ condita nono est :

Et post viginti prima, & vicesima quinta, 485

Cumque illâ quartam accumulans vicesima nona.

Tertia per Geminos, & quinta, & septima Pisces,  
Undecima, & decimæ metuenda est septima juncta,  
Et quinta in quinos numeros revocata, duasque

*quam tertia signat]* Sensus est : pars ea, quæ sequitur aut complectitur decimam, quam numerus tertius additus consummat, id est, 13.

*Et tribus, aut unâ]* Ea pars, quæ, O vicesima, te unâ parte, vel tribus partibus fraudat : numeri sunt 17 & 19. Sive quæ vicesimo numero addit quinque, 25, vel quæ inter numeros sexta vicesima dicitur, 26.

\* Hiatus hoc loco, ubi versus qui primas Aquarii partes disponit, desideratur. Lacunam versu Bentlejus supplet, quem ex libro secundo in hunc locum transposuit. Fastu dictatorio & contumaci sententiam quasi e tribunali pronuntiat, sine veterum membranarum auctoritate. Sed iste versus non ex loco suo amovendus, salvo auctoris contextu. Ad hoc, verba adeo immutata, ut per hanc innovandi confidentiam, sua potius nobis somnia narrat. Con-

fulat lector versum 234. lib. 2. Ut adulterinum rejicit Bentlejus. Hoc loco cum suis variationibus ita stat.

*Pars est prima nocens humentis  
semper Aquari.*

In loco proprio, ita,

*Parsque mari innitens fundentis,  
&c.*

*Damnanda est]* Noxius primus numerus 11, tum tertia decimæ succedens, 13, & quinta succedens decimæ, 15, & nona succedens 19.

*Cumque illâ quartam]* Illâ, nempe vicesimâ quintâ, cui additâ quartâ, numerus 29 producit.

*Et quinta in quinos]* Paululum obscurata locutio. *Quinta revocata*, est, numerus quinque ordinatus ; *in quinos numeros* in quinque discretas partes. Ita quinque, in quinque aut quinis distinctis partibus producit 25.

Accipiens ultrà summas, metuenda feretur. 490  
 Hæ partes sterilem ducunt & frigore & igni  
 Aëra, vel ficcum, vel quòd superaverit humor.  
 Seu rapidos Mavors ignes jaculatur in illum,  
 Saturnusve suam glaciem, Phœbusve vapores.

Nec te perceptis signorum cura relinquat 495  
 Partibus; in tempus quædam mutantur, & ortu  
 Accipiunt proprias vires, ultràque remittunt.  
 Namque ubi se fummis Aries extollet ab undis,  
 Et cervice prior, flexis quoque cornibus ibit,  
 Non contenta suo generabit pectora censu, 500  
 Et dabit in prædas animos, solvetque pudorem.  
 Tantum audere juvat. Sic ipse in cornua fertur,  
 Et ruit, & mutat, non ullis sedibus idem.

Mollia per placidas delectant otia curas :  
 Sed juvat ignotum semper transire per orbem, 405  
 Scrutarique novum pelagus, totius & esse  
 Orbis in hospitio. Testis tibi Laniger ipse,  
 Cùm vitreum findens aurato vellere pontum,  
 Orbatumque suâ Phryxum per fata sorore  
 Phafidos ad ripas, & Colchida tergo vexit. 510  
 At quos prima creant nascentis fidera Tauri,

*vel ficcum*] *Siccum* substantive pro ficitas. Sensus est, vel ficitas superat, vel humor.

*Seu rapidos*] *Illum aera*. Mirum planetas hic auctorem apposuisse, cum ei rei librum peculiarem se dicaturum spondeat. SCALIGER.

*ultraque remittunt*] Ultrà ortum relaxant.

*in cornua fertur*] In illud fertur, cui se opponit.

*sedibus idem*] *Si non idem*, inquit Bentlejus per irrisionem,

*qualis est, an pro ariete hircus sit?* Ridiculum. Auctor, non corporis mutationem, sed positionis innuit, & varietatem morum.

*per placidas*] Quomodo curæ placidæ? An otium sollicitum? Vult auctor, dum otio fruimur, curæ placantur.

*Orbis in hospitio*] Familiarem cum toto orbe consuetudinem inire.

*At quos prima*] Tauro oriente, cinædi, & agricolæ formantur.

Fœminei

Fœminei jaceant. Nec longè caufa petenda eft,  
(Si modò per caufas naturam quærere fas fit.)

Averfus venit in cœlum, divesque puellis,  
Pleiadum parvo referens glomeramine fidus. 515  
Accedunt quoque ruris opes ; propriâque juvencum  
Dote per inverfos exornat vomere campos.

Sed Geminos æquâ profert cum virgula cœli  
Parte, dabit ftudia, & doctas prудucet ad artes.  
Nec trifte ingenium, fed dolci tinctâ lepore 520  
Corda creat : vocifque modos, citharæque fonantis

*Averfus venit*] Taurus averfus oritur, & posteriora ejus priùs afcendunt. Propterea, qui, eo oriente, nascuntur, eos, posterioribus effe pathicis, contingit.

SCALIGER.

*divesque puellis*] Abundat puellis Taurus. In armo fuo Pleiades refert, in vultu vero Hyades. Quas Pleiades & Hyades Virgines fuiffe fabulantur pœtæ. FAYUS.

*glomeramine fidus*] *Glomerabile* occurrit in plurimis editionibus, fed *parvo* deeffet, ut Bentlejus notat, fuum fubftantivum. Sidus Vergiliarum *parvo glomeramine* dixit, quia in fe conglobatæ ac ita confertæ funt, ut minimum fpatium occupent. Aratus confertas ait, & in fe collectas, de Tauro loquens.

SCALIGER.

*propriâque juvencum*] Propriam fortem, five dotem accipiunt juvenci, quando juga fubeunt, ideo ut terram fubigant.

*Sed Geminos*] Virgulam hanc

lineam vocat Firmicus, loquens de Geminis ipfis. *In Geminorum lineâ*, inquit, *quicumque habuerit horofcopum, &c.* Denique Manilius nunc lineam, nunc virgulam indifferentèr vocat.

SCALIGER.

Legendum cenfeo [fed quantitas violata]

*Sed Geminos æquâ proferunt cum vincula Cobi*

*Parte, &c.* Cohum, auctore Fefto, lorum eft illud quo temoburis taurorum jugo alligatur. Sunt ergo vincula Cobi, quibus inter fe Gemini astringuntur, communi jugo, quo ii aguntur qui fub hoc fidere nascuntur, & afficiuntur, ut volunt, eorum viribus.

BUTIRIGIS.

*vocifque modos*] Bentlejus & alii, *vocifque bonis*, fed malè, quoniam locutio parum idonea. Scaliger & *voce bonos*; æquè ita, & quantitas falfa. In auctoris autographo proculdubio, *vocifque modos, &c.*

Inftruit,

Infruit, & dotes alto cum pectore jungit.

At niger obscurâ Cancer cum nube feretur,  
Quæ velut extinctis Phœbeis ignibus ingens  
Officit, & multâ fuscatur caligine fidus ;

525

Lumina deficient ortos, geminamque creatis  
Mortem fata dabunt. Se quisque & vivit, & effert.

Si cui per summas avidus produxerit undas  
Ora Leo, & scandat malis hiscentibus orbem ;  
Ille patri natisque reus, quas ceperit ipse,  
Non legabit opes, censuque immergitur ipso.

530

*alto cum pectore*] Cum animo sagaci. Bentejus verba rejicit ; quomodo, inquit, *altum pectus* ?

Hoc reliquis dotibus repugnat. Bene, si *altum pectus* valeret *elatum pectus*. Sed hoc non vult auctor, qui hoc loco istas qualitates notat, quæ prudenti animo conveniunt.

*At niger obscurâ*] Cum a testudine Cancer exorietur, quæ, quia stellis clarioribus non micat, nubes obscura dicitur, quæ solis luci obstruit, & totum sidus, quasi caligine, circumfundit. FAYUS.

*Lumina deficient*] In Cancris nebulâ orti, cæci erunt. Veteres astrologi in geniturâ Oedipodis prodiderunt, eo nascente horoscopus & Lunam in Cancris nebulâ incidisse. SCALIGER.

*geminamque creatis*] Docet, Cancrum sub se natis duplicem mortem dare ; alteram, quæ cum cæteris mortalibus ipsis est communis : alteram, quâ vitæ præcipuo usu privantur, dum oculorum lumine orbantur. FAYUS.

*Se quisque & vivit*] Cæcus

& vivit, & effert se funus quotidie. Mortuus enim est, dum vivit. Propterea ait, cæcis geminam genitis mortem dari. Mors est, quia sine luce. Et mors altera omnibus communis nihilominus eos manet. SCALIGER.

Verbum *effero* dicitur de funere. Est enim *efferrî* celebrari funus ; dum cadaver ad sepulturam extra urbem fertur. Itaque *se efferre*, vel *efferrî* idem quod sepeliri. FAYUS.

*Si cui per summas*] *Summas undas* oceanum. Hoc est, Horizontem intelligit. More veterum, qui Horizontem oceanum vocant.

SCALIGER.

*scandat malis*] Hoc est, ascendat, & circulum suum, ore aperto, seu latè extenso, introeat.

*Ille patri natisque*] Ille criminis reus erit erga parentes & liberos : si enim summis angustiis premantur, nihil ille, ad inopiam eorum levandam, largietur.

*censuque immergitur*] Sensus est, totum se divitiarum prodigii tradit.

Tanta fames animusque illi, tam dira cupido  
Corripit, ut capiat semet, neque compleat unquam;  
Inque epulas funus revocet, pretiumque sepulchri.

Erigone surgens, quæ rexit sæcula prisca 535  
Justitiâ, rursusque eadem labentia fugit,  
Alta per imperium tribuit fastigia summum:  
Rectoremque dabit legum, jurisque sacrati,  
Sancta pudicitia Divorum templa colentem.

Sed cum autumnales cœperunt surgere Chelæ, 540  
Felix æquato genitus sub pondere Libræ,  
Judex examen sistet vitæque necisque:  
Imponetque jugum terris, legesque rogabit.

*Tanta fames]* Fames sumptus faciendi, & animus ad illam famem explendam paratus.

*ut capiat semet]* Quid vero est, capiat semet? *Explicit hoc, qui audebit.* Tali modo Bentlejus. Sed illius doctissimi viri pace, audebo dicere quid vult auctor, cum scribit *capiat semet.* Quid si cupido capiat semet, aut totum se capiat, omnes cogitationes occupet, & tamen non expleat? Quid? non iisdem vestigiis hæc verba hæreant? Non mens Manilii hæc interpretatione clarescet?

*capiat semet]* ut capiat, nempe cibum, *semet neque compleat,* cibo, quamvis, largissimo. BUTIRIGIS.

*Inque epulas]* Etiam funeris impensam, & sepulchri culturam absumet. Non quicquam ad justa facienda, reliquum erit.

SCALIGER.

*labentia fugit]* Terras Astræa reliquit, cum mortalium scelera sensisset.

*Alta per]* Per elevatum caput. Caput ejus attollitur, antequam corpus conspicitur.

*Judex examen]* *Judex extremæ* plerumque legitur, & ita a Bentlejo, cum substituit *examen,* summo judicio locus emaculatus. *Extrema,* ut ait, *vita est idem quod nex.*

*Imponetque jugum]* Omnia adulatoria. Nam propter Augustum dicit, qui & sub Librâ natus est, & ei omnia illa contigerunt.

SCALIGER.

*legesque rogabit]* Leges Julias Augusti intelligit. Idem.



Illum urbes, & regna tremant, nutuque regentur  
Unius, & cœli post terras jura manebunt.

545

Scorpius extremæ cùm tollit lumina caudæ,  
Si quis erit stellis tum suffragantibus ortus,  
Urbibus augebit terras : junctisque juvencis  
Mœnia subcinctus curvo describet aratro :  
Aut sternet positas urbes, inque arva reducet  
Oppida, & in domibus maturas reddet aristas.  
Tanta erit & virtus, & cum virtute potestas.

555

Necnon Arcitenens primâ cùm veste resurgit,  
Pectora clara dabit bello, magnisque triumphis  
Conspicuum patrias victorem ducet ad arces ;  
Altaque nunc statuet, nunc condita mœnia vertet.  
Sed nimium indulgens rebus fortuna secundis,  
Invidet in facie, sævitque asperrima fronti.

559

*jura manebunt*] Jura cœli Augusto manebunt, postquam ex terris excessit. Apotheosin Augusti designat. FAYUS.

*stellis tum suffragantibus*] Stellis eo tempore partui faventibus.

*subcinctus*] Id est, rejectâ in tergum togâ ; ut una lacinia revocata hominem cingeret, more scilicet Gabino. Quo habitu induebantur ii, qui mœnia urbis nova designarent. FAYUS.

*inque arva reducet*] *Et seges est ubi Troja fuit.* Virg. *imprimeretque muris*

*Hostile aratrum exercitus insolens.*

Hor.

Urbis everse solum veteres arabant.

*in domibus*] Ubi domus fuissent.

*primâ cum veste*] Vestem Sagittarii vocat, quam Græci chlamydem. SCALIGER.

Oritur quippe Sagittarius a parte anteriori, quæ hominis est chlamyde induti. FAYUS.

Illa chlamys utrinque alarum pensilium appendices imitatur ; eam, quæ Aquilonem spectat, Græci, Borealem chlamydis partem, alteram meridionalem vocant. Meridionalis prima pars.

SCALIGER.

*Invidet in facie*] Post exitus felices, quos è fortunæ risu experimur, tempestas rerum infelicitium non rarò oritur. Tum fortuna frontem contrahere dicitur, & risus in rugas vertuntur.

Hor.

Horrendus bello Trebiam, cannasque, lacumque  
Ante fugam tali pensabat imagine Victor. 560

Ultimus in caudæ Capricornus acumine summo  
Militiam ponto dictat, puppisque colendæ  
Dura ministeria, & vitæ discrimen inertis.

Quòd si quem sanctum velles, castumque, probumque,  
Hic tibi nascetur, cum primus Aquarius exit. 566

Neve fit in primos animus procedere Pisces;  
Garrulitas odiosa datur, linguæque venenum  
Verba maligna novas mussantis semper ad aures.  
Nulla fides inerit natis, sed summa libido.

Ardentem medios animum libet ire per ignes. 570  
Scilicet in Piscem sese Cytherea novavit,  
Cum Babylo niacas summersa profugit in undas,

*Horrendus bello*] Hannibal ille horrendus ante fugam victor pensabat Trebiam, Cannasque, lacumque Thrasymenum, in quibus locis pede fausto processerat; id est, luebat, rependebatque fortunæ amplissimarum illarum victoriarum præmia. Fortuna, beneficia ante ab illâ accepta, cladibus rependebat, atque hoc modo a fortunâ Hannibal multatus est.

BYTIRIGIS,

*tali imagine*] Tali casu, tali rerum repræsentatione; scilicet, ut antea, cum *fortuna invidet in facie*.

*Ultimus in caudæ*] Capricornus in ultimâ seu extremâ parte caudæ. FAYUS.

*puppisque colendæ*] Melius, si fuisset *puppisq; e regendæ* quæ res hic intelligitur.

*primus Aquarius*] Sub primo Aquarii exortu.

*Hic tibi*] In hoc exortu præfesto est sanctus, castus, probus.

*in primos*] In primo piscium exortu.

*novas mussantis*] *Novas aures*, aures, in quas nemo antea talia verba maligna infusurravit.

*medios animum*] *Per medios ignes* amoris libidinosi. FAYUS.

*Scilicet in piscem*] Veneris elevatio est in piscibus, quia signum piscium ad naturam Veneris accedit. Hoc est, humificum ad modum est. Inde fabula, Venerem in piscem mutatam. Atque id quidem Chaldæorum & Syrorum mythologia: adeo apud eos piscis formâ coleretur. Vocabatur autem Dagon. SCALIGER.

Anguipedem alatos ungues Typhona ferentem,  
Inseruitque suos squamosis piscibus ignes.

Nec solus fuerit, geminis sub Piscibus ortus : 575

Frater erit, dulcive soror, materve duorum.

Nunc age, diversis dominantia sidera terris  
Percipe. Sed summa est rerum referenda figura.

Quattuor in partes cœli describitur orbis,  
Nascentem, lapsumque diem, mediosque calores, 580

Teque, Helice. Totidem venti de patibus iisdem  
Erumpunt, secumque gerunt per inania bellum.

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu ;  
Auster amat medium solem, Zephyrusque profundum.

Hos inter binæ mediis e partibus auræ 585

Exspirant, similes mutato nomine flatûs.

Ipsa natat tellus pelagi lustrata coronâ,  
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.

*Anguipedem Typhona*] Cujus pedes in draconum volumina definebant. Pro manibus, ungues alatos habuisse dicitur.

*Typhona*] Fabula est, Venerem, ut Typhonis gigantis furorem fugeret, in Euphratem, Babylonix fluvium se immerfisse, atque in piscem se mutasse.

FAYUS.

*Nec solus fuerit*] Gemini sub Piscibus nascentur, aut gemellæ sorores, aut Gemini fratres, aut ea quæ mater erit gemellorum.

FAYUS.

*referenda figura*] *Rerum*, totius orbis terræ. Prius brevem totius orbis terrarum descriptionem instituit. Idem.

*Helice*] Septentrionem. Est enim Helice urfa major, quam circum se versat Axis septentrionalis. Idem.

*per inania*] Per aëra.

*profundum*] Solem profundum. Rectè dicatur profundus, quando infra horizontem, quasi in profundo, latefcit.

*Hos inter binæ*] Etesix & Prodromi. Caniculæ exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant: post biduum exortûs, iidem Aquilones constantiùs perflant, diebus quadraginta, quos Etesias vocant. Plin. Nat. Hist. lib. 2. cap. 47.

Inque

Inque finûs pontum recipit, qui vespere ab atro  
 Admissus, dextrâ Numidas, Libyamque calentem 590  
 Alluit, & magnæ quondam, Carthaginis arces;  
 Littoraque in Syrtes revocans finuata vadofas,  
 Rursusque ad Nilum directis fluctibus exit.  
 Læva freti cædunt Hispanas æquora gentes,  
 Teque in vicinis hærentem, Gallia, terris; 595  
 Italiæque urbes, dextram sinuantis in undam  
 Usque canes ad, Scylla, tuos, avidamque Charybdim.  
 Hâc ubi se primum portâ mare fudit ab altâ,  
 Enatat Ionio, laxasque vagatur in undas.  
 Et priûs in lævam se fundens, circuit omnem 600  
 Italiam, atque Adriam comitatur nomine pontum,  
 Eridanique bibit fluctûs. Secat æquore lævum  
 Illyrium, Epirumque lavat, claramque Corinthum,  
 Et Peloponnesi patulas circumvolat oras.  
 Rursus & in lævum refluit, vastoque recessu 605  
 Theffaliæ fines, & Achaica præterit arva.  
 Hic Pontus, juvenisque fretum mersæque puellæ  
 Truditur invitum, faucesque Propontidos arctas

*Inque finûs pontum]* In finûs terra recipit Mare Mediterraneum, quod Libyæ, Numidiæ terminos a septentrione præscribit; a *vespere atro* id est, ab occidente admissum, seu mari Atlantico, a quo finitur, versûs occidentem, septentrionales Africæ partes alluit.

*Læva freti]* Consulat lector Veteris Geographiæ libros, ut varios Maris Mediterranei flexûs oculis subjiciat. In nonnullis MS. *Æquore. Freti æquore* idem quod *Maris æquore.*

*Maris æquor arandum.*

VIRG.

*Freti æquor,* dicitur spatium five Maris amplitudo.

*sinuantis in undam]* Siuat enim se Italia, atque in sinum protenditur, ceu linguam, Africam versûs, quæ ad dextram est, spectantibus ortum solis.

BUTIRIGIS.

*ab altâ]* A Peloro, Siciliæ promontorio.

*juvenisque fretum]* Fretum, in quo Leander demersus.

*mersæque puellæ]* Helles, item eodem mari demersæ.

*Truditur invitum]* MS. & Romanus.

Euxino jungit ponto, & Mæotidos undis,  
 Quæ tergo conjuncta manet, pontumque ministrat. 610  
 Inde ubi in angustas iterùm se navita fauces  
 Hellespontiâcis revocatus fluctibus effert,  
 Icarium, Ægæumque fecat, lævâque nitentes  
 Miratur populos Asiæ, totidemque tropæa,  
 Quot loca, & innumeras gentes; arcumque minantem 615  
 Fluctibus, & Cilicum populos, Syriamque perustam,  
 Ingentique sinu fugientes æquora terras;  
 Donec in Ægyptum redeunt curvata per undas  
 Littora, Niliacis iterùm morientia ripis.  
 Hæc medium terris circumdat linea pontum, 620  
 Atque his undarum tractum constringit habenis.  
 Mille jacent mediæ diffusa per æquora terræ.  
 Sardiniam in Libyco signant vestigia plantæ.  
 Trinacria Italiâ tantùm præcisa recessit.  
 Adversa Euboicos miratur Græcia montes, 625

*Traditur, invitum, faucesque  
 Propontidos aptæ*

*Euxino jungi ponto*, id est, commo-  
 dè ad hunc aquarum confluxum  
 sitæ. BUTIRIGIS.

Bene *truditur invitum*. Nam,  
 que quasi invitum truditur mare  
 in Propontidem per Hellesponti  
 fauces. FAYUS.

*pontumque ministrat*] Alterum  
 pontum, ex aquarum amplitu-  
 dine, lacus Mæotis suppeditat.

*totidemque tropæa*] Quæ sci-  
 licet Romani post victorias in lit-  
 toribus Asiaticis erexerant.

FAYUS.

*arcumque minantem*] Terram  
 in formam arcus sinuatam. Duos  
 arcus faciunt Geographi: alte-

rum in orâ Paphlagoniæ, ad Col-  
 chida; alterum, de quo hic ser-  
 mo, ad sinum Issicum.

SCALIGER.

*Ingentique sinu*] Elegantissimè  
 terras fugere mare dicit, quæ in-  
 gentem arcum faciunt. Idem.

*Sardiniam in Libyco*] Hinc  
 Ἰχθυόσα dicta fuit. Sallustius his-  
 toriâ secundâ: *Sardinia in Afri-  
 co mari facie vestigii humani, in  
 occidentem, quam in Orientem la-  
 tior*. SCALIGER.

Dicta olim fuit *Sandalitidis* ab  
 effigie soleæ, quam imitatur.  
 Græcis, Σανδάλιον, *calceamentum*.  
 Dicta fuit & *Ichnya* ab voce Græcâ  
 ἰχθυόσ, vestigium pedis. FAYUS.

Et genitrix Crete civem sortita Tonantem :  
 Ægypti Cypros pulsatur fluctibus amnis.  
 Totque minora sola, & tamen emergentia ponto  
 Prætereo : æquales Cycladas, Delonque, Rhodonque,  
 Aulidaque & Tenedon, vicinaque Corsica terræ 630  
 Littora Sardiniaë ; primamque intrantis in orbem  
 Oceani victricem Ebusum, & Balearica regna.  
 Innumeri surgunt scopuli, montesque per altum.  
 Nec tantum ex unâ pontus sibi parte reclusit  
 Faucibus abruptis orbem ; nam littora plura 635  
 Impulit oceano pontus. Sed montibus altis  
 Est vetitus, totam nè vinceret æquore terram.  
 Namque inter Boream, pontumque æstate nitentem,  
 In longum angusto penetrabilis æquore fluctus  
 Pervenit, & patulis tum demum funditur arvis, 640  
 Caspiaque exigui similis facit æquora ponti.

*genitrix Crete*] Candia, in qua natus fingitur Jupiter. FAYUS.

*Ægypti Cypros*] In plurimis editionibus ita versus se habet ; *Ægypti Cypros pulsatur fluctibus omnis*. Quid vult *omnis*, exclamat Bentlejus. Et rectè. Hic ingenii sagacitatem criticus ille illustrat, cum reponit *Amnis*. *Amnis Ægypti*, id est, *Nili*.

*æquales Cycladas*] Magnitudine ferè æquales.

*vicinaque Corsica terræ*] Sardinia terra, ut Gallia terra, Italia terra. SCALIGER.

*primamque intrantis in orbem*] Ebusus insula in Mari Balearico prima visui occurrit, nam plures in isto Mari insulae quæ a Plinio Pityusæ vocantur. Hæc insula Ebusus prima oceani victrix, quoniam prima oceani impetum in

istis partibus reprimit & excludit. *Intrantis in orbem* refert ad circuitum maris, quando in mare vicinum, insulis confertum, effertur.

*Nec tantum ex unâ*] Hoc loco ait Poeta, non in unum mare Mediterraneum infundi oceanum; sed & in alia maria, sinusque alios. FAYUS.

*Faucibus abruptis*] Obiicibus disiectis pontus in terras, multis locis, penetravit.

*æstate nitentem*] Id est, Persicum. BUTIRIGIS.

*In longum angusto*] Cum veteribus Manilius peccat. Nam Caspium mare non in angustum porrigitur. SCALIGER.

*exigui similis*] Fluctus similis exigui ponti.

Altera sub medium solem duo bella per undas  
 Intulit oceanus terris. Nam Persica fluctus  
 Arva tenet, titulum pelagi prædatus ab iisdem  
 Quæ rigat ipse, locis; latoque infunditur orbi.  
 Nec procul in molles Arabas, terramque ferentem  
 Delicias, variæque novos radicis odores,  
 Leniter adfundit gemmantia littora pontus,  
 Et terræ mare nomen habet. Media illa duobus.

645

\* \* \* \* \*

Quondam Carthago regnum fortita sub armis,  
 Ignibus Albanas cum contudit Hannibal arces,  
 Fecit & æternum Trebiam, Cannasque sepulchris  
 Obruit, & Libyam Italicas infudit in urbes.  
 Huic varias pestes, diversaque monstra ferarum

650

*sub medium solem]* Scilicet fervidâ terrarum regione, qualis est Persia.

*duo bella]* Per undarum impetum.

*titulum pelagi]* Sinus vocatur Persicus.

*variæque novos]* Herbas & frutices, varios odores spirantes.

*leniter adfundit]* Quare leniter adfundi dicat, quod est mare asperrimum, propter angustias finis, ac frequentes scopulos, & ingentem numerum insularum, quibus totum est confitum, causæ profecto non est. SCALIGER.

*gemmaantia littora]* Littora psegmate aureo abundantia.

*nomen habet]* Quoniam vocatur Sinus Arabicus.

*Media illa]* Id est, terra illa inter duos istos finis, Persicum & Arabicum, continetur.

FAYUS.

*regnum fortita]* Hoc loco multa desunt. Africam in istis versibus amissis descripsit Poeta. *Regnum fortita*, id est, vi armorum suorum Carthago totius Africae imperium obtinuit.

*æternum Trebiam]* *Trebia* fluvius, masculini generis. Galliae Cisalpinæ fluvius, non procul a Placentiâ: juxta quem Hannibal L. Sempronium Cos. maximâ clade profligavit.

*Fecit æternis MS. & Rom.* Pro eo quod est effecit ut sepulchra æterna essent, funestaque Romanis haberentur loca. BUTIRIGIS.

*Huic]* Parti terrarum. *Infesta*, monstra infesta bellis: quoniam & elephantos & serpentes, in præliis veteres promovendæ cædis causâ, usurpabant.

Con-

Concessit bellis natura infesta futuris.

655

Horrendos angues, habitataque membra veneno,

Et mortis partûs, viventia crimina terræ,

Et vastos elephants habet; sævosque leones

In pœnas fœcunda suas parit horrida tellus;

Et portentosos Cercopum ludit in ortûs;

660

Ac sterili pejor ficcis infestat arenis,

Donec ad Ægypti ponat sua jura colonos.

Inde Asiæ populi, divesque per omnia tellus,

Auratique fluunt amnes, gemmisque relucet

Pontus: odoratæ spirant medicamina silvæ.

665

India notitiâ major: Parthique vel orbis

Alter, & in cœlum surgentis mœnia Tauri.

Totque illum circa divisæ nomine gentes,

Ad Tanaim, Scythicas dirimentem fluctibus urbes,

Mæotisque lacus, Euxinique aspera ponti.

670

Hic Asiæ metam posuit natura potentis.

Quod super est Europa tenet, quæ prima natantem

Fluctibus excepitque Jovem, taurumque resolvit.

*viventia crimina*] Animalia noxia.

*Cercopum*] Simiarum. Cercopes incolæ Pitheculæ fuerunt, quos Jupiter in fimias vertit.

*sterili pejor*] Pejor, quam si esset sterilis tellus, arenis ex æstu ficcis & torridis populos infestat. Ita correxi. In edit. omnibus *ficcas arenas*. Quid hoc vult non video. Bentlejus longè aberrat scopo, cum reponit *incestat*, quod minus sub intelligentiam cadit.

*Auratique fluunt*] Pactolum in-  
nuit.

*gemmisque relucet*] In sinu Persico margaritæ inveniuntur.

*aspera ponti*] *Mæotis* pro Mæotidos. *Aspera ponti* Euxini maris fremitûs.

*taurumque resolvit*] Europa virgo prima formam taurinam dissolvit, quam induerat Jupiter: tauri enim formam deposuit, ut eâ potiretur.

Europam enim sibi in Bœotiâ Jupiter abscondisse dicitur, teste Pausaniâ in Bœoticis. Eam vero exportans taurus, blandis significationibus & commodatis humeris adjuvit, dum gestaret. Quarum rerum memoriam Jupiter dicitur statuisse, tum maris appellatione, tum tauri in Zodiaco positu.

BUTIRIGIS.



Ille puellari donavit nomine fluctus,  
Et monumenta sub hoc titulo sacrauit amoris.

675

Princeps illa domus Trojani Græcia belli,  
Maxima terra viris, & fœcundissima doctis  
Urbibus. In regnum florentes oris Athenæ,  
Sparta manu, Thebæ Divis, & rege vel uno  
Theffalia, Epirusque potens; vicinaque ripis  
Illyris, & Thrace Martem sortita colonum,  
Et stupefacta suos inter Germania partus:  
Gallia per censûs, Hispania maxima bellis;  
Italia in summâ, quam rerum maxima Roma  
Imposuit terris; cœloque adjungitur ipsa.

680

685

Hos erit in fines orbis pontusque notandus,  
Quem Deus in partes, & singula dividit astra,  
Ac sua cuique dedit tutelæ regna per orbem,  
Et proprias gentes, atque urbes addidit altas,  
In quibus efferrent præstantes fidera vires.

690

*illa domus*] Græcia, præcipua  
Trojani belli sedes.

*In regnum florentes*] Regnum  
oris, & linguæ pro eodem usurpat.

SCALIGER.

*Theffalia, Epirusque*] Rege uno  
per Antithesin. Divi plures, Rex  
unus. Theffalia pars Macedoniæ,  
cui præfuit Alexander, Philippus,  
&c. Epirus regnum, cujus im-  
perii habenas tenuit Pyrrhus.  
Thebe *Divis potens*, Theffalia uno  
rege.

*vicinaque ripis*] Regio Europæ  
Illyris ad mare Adriaticum; qua-  
propter ripis Æquoris dicitur vi-  
cina. FAYUS.

*Thrace Martem*] In Thraciâ  
Mars natus fingitur. Idem.

*stupefacta suos*] Ob magnitu-  
dinem & proceritatem hominum,  
quos Germania producit. Idem.

*per censûs*] Sic v. 791.

& quod fert Gallia dives.

Gallia opibus maxima. Idem.

*Imposuit terris*] Totius uni-  
versæ dominam fecit. Idem. Ro-  
mam Romani divinitus donârunt.  
In vet. inscript. legitur *Roma*  
*Dea*.

*tutelæ cuique*] Cuique fideri,  
a quo res infra positæ gubernan-  
tur.

*efferrent*] In nonnullis editio-  
nibus *asserent*, Bentlejus *exer-*  
*cent*. Discrimen magis in voce,  
quam in sensu.

Ac

Ac velut humana est signis descripta figura;  
 Ut, quanquam communis eat tutela per omne  
 Corpus, at in proprium divisis artubus extet :  
 Namque Aries capiti, Taurus cervicibus hæret,  
 Brachia sub Geminis censentur, pectora Cancro ; 695  
 Te scapulæ, Nemeæe, vocant : teque ilia, Virgo ;  
 Libra colit clunes, & Scorpius inguinè regnat :  
 At femora Arcitenens, genua & Capricornus amavit ;  
 Cruraque defendit Juvenis, vestigia Pisces :  
 Sic alias aliud terras sibi vindicat astrum. 700  
 Idcirco in varias leges, variasque figuras  
 Dispositum genus est hominum, proprioque colore  
 Formantur gentes, sociataque jura per artus,  
 Materiamque parem privato fœdere signant.  
 Flava per ingentes surgit Germania partus, 705  
 Gallia virgineo nimis est infecta rubore.  
 Asperior solidos Hispania contrahit artus.  
 Martia Romanis orbis pater induit ora,  
 Gradivumque suum miscens benè temperat artus.

*divisis artubus*] Tutela non tantum in toto, sed in parte. Dividitur enim per singulas corporis partes ; *in proprium*, in proprium imperium, sive per peculiarem suæ potentia rationem.

*Juvenis*] Sagittarius, ita dictus non raro a Manilio. Vox *juvenis*, metro melius opitulatur, quam Sagittarius.

*sociataque jura*] Corpora hominum ad symmetriæ normam formantur ; unde oritur apta membrorum congruentia, vel consensus.

*Materiamque parem*] Jura aut leges æqualiter distributæ, materiam parem, sive aptam ad cedendum vel parandum, distinguunt seu notant, quasi privatâ inter se concordia.

*Gallia virgineo*] MS. & Rom. *vicino* : rubens enim vultus vicinus & cognatus est flavo capillitio. BUTIRIGIS.

*orbis pater*] Jupiter.

*Gradivumque suum*] *Suus*, quoniam Mars Jovis filius. Fortes & robustos, Marti similes.

Perque coloratas subtilis Græcia gentes 710  
 Gymnasium præfert vultu, fortesque palæstras.  
 At Syriam produunt torti per tempora crines.  
 Æthiopes maculant orbem, terrasque figurant  
 Præfufcas. Hominum gentes minus India toftas  
 Progenerat, mediumque facit moderata tenorem. 715  
 Jam propior tellusque natans Ægyptia Nilo  
 Leniùs irriguis infufcat corpora campis.  
 Phœbus arenofis Afrorum pulvere terris  
 Exficcat populos, & Mauritania nomen  
 Oris habet, titulumque fuo fert ipfa colore. 720  
 Adde fonos totidem vocum, totidem infere linguas,  
 Et mores pro forte pares, ritùsque locorum.  
 Adde genus proprium fimili sub femine frugum,  
 Et Cererem variâ redeuntem meffe per orbem,  
 Nec paribus filiquas referentem viribus omnes : 725  
 Nec te, Bacche, pari donantem munere terras,

*Perque coloratas*] Coloratos innuit Græcos, propter cutem affo sole, & gymnastico ceromate coctam. Alioquin & Græci funt fubfufci. SCALIGER.

*terrasque figurant*] Præfufcos autem Æthiopas, quia ardenti Zonæ magis fubjecti. Unde eleganter ait, eos maculare orbem; quia fcilicet Zona inter ambos Tropicos præfufca, & tofta a colore pingebatur. Idem.

*figurant*] Id eft, Æthiopes præfufcum genus hominum conftituunt.

*Jam propior*] Cui regioni propior, inquit Bentlejus? Cur hoc tacetur? Ferulâ certe caftigandus, nifi hoc tempore Hypfæâ cæcior fuiffet. Quomodo potuit eum latere, Manilium Æthi-

opiam velle, cum dicit *propior tellus*? Æthiopia enim Ægypto vicina; & Æthiopes paulo antè memorati.

*Phœbus*] Scribarum ex Bœotico ingenio profluxit *Pænus*. Sagacitatem Bentleji veneror, qui fubftituit *Phœbus*, proculdubio auctoris dictio. *Pulvere*, pulverulentos Afrorum populos per ficcitatem facit, in iftis arenofis terris.

*Oris habet*] Nomen trahit a vultu incolarum.

*genus proprium*] Semen fimile, diverfum, per totum terrarum orbem, genus frugum parturit.

*paribus filiquas*] *Siliquas* pro ipfâ fruge, intrâ filiquas incluſâ.

Atque

Atque alias aliis fundentem collibus uvas :  
 Cinnama nec totis passim nascentia campis :  
 Diversas pecudum facies, propriasque ferarum,  
 Et duplici clausos elephantas carcere terræ. 730  
 Quot partes orbis, totidem sub partibus orbes,  
 Et certis descripta nitent regionibus astra,  
 Perfunduntque suo subjectas æquore gentes.

Laniger in medio fortitus sidera mundo,  
 Caurum inter gelidum, tepidi per tempora veris, 735  
 Afferit in vires pontum, quem vicerat ipse,  
 Virgine delapsâ cum fratrem ad littora vexit,  
 Et minui deflevit onus, dorsumque levare.  
 Illum etiam venerata colit vicina Propontis,  
 Et Syriæ gentes; & laxo Persis amictu, 740  
 Vestibus ipsa suis hærens, Nilusque tumescens

In

*alias aliis]* Diversitatem vicinarum notat.

*Et duplici clausos]* Descriptio rei prorsus obscura, & risu digna. Mirum, quod ab interpretibus non ludibrio habetur. Quisnam iste sit carcer duplex, in quo elephantes custodiuntur? An cavea sit, adeò validè aggeribus munita, ut rectè carcer duplex dicatur? Minimè. Vult auctor, ut ait Scaliger & rectè, hoc dicere: quod tantum in duabus mundi partibus elephantes inveniuntur, nimirum in Africâ & Asiâ, in Europâ enim nulli. Ita, quasi in hoc duplici carcere, elephantes clauduntur. Sensûs quidem operculum hoc est, sed nimis crassum.

*sub partibus orbes]* *Sub partibus ora,* Bentlejus, qui brachia

contra torrentem tendere sæpissimè tibi gratum facit. Cum poeta gentes diversi oris sæpe in lineis antecedentibus descripserat, certè, rem eandem iterum atque iterum eum tractavisse, ne fas sit arbitrari. Malè igitur vir ille, quamvis eruditionis princeps, emendavit *ora*. Elegantiam dictionis non sensit, cum poeta affirmer, tantam esse varietatem in toto orbe, ut unaquæque pars, varius orbis esse videatur.

*suo æquore]* *Æquore* suorum imperiorum.

*Caurum inter gelidum]* *Inter* pro intra Caurum, sive proximè Caurum.

*Vestibus ipsa suis]* Lanificii Persæ admodum studiosi. Hi autem longas togas gerunt, unde

ait

In Cancrum, & tellus Ægypti jussâ natâre.  
Taurus habet Scythiæ montes, Afiamque potentem,  
Et molles Arabas, silvarum ditia regna.

Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcûs 745  
Sub Geminis te, Phœbe, colit. Post brachia fratris  
Ultimus est positus Ganges. Colit India Cancrum.  
Ardent Æthiopes Cancro, cui plurimus ignis.  
Hoc color ipse docet. Phrygiâ, Nemeæ, potiris,  
Idææ Matris famulus, regnoque feroci 750  
Cappadocum, Armeniæque. Jugis Bithynia dives  
Te colit, & Macedûm tellus, quæ vicerat orbem.

Virgine sub castâ felix terrâque marique  
Es, Rhodos, hospitium recturi Principis orbem.  
Tuque domus verè Solis, cui tota sacrata es, 755  
Cum caperes lumen Magni sub Cæsare mundi.

Ionîæ

ait Poeta, illos quasi suis vestibus stare. FAYUS.

Aliter interpretandæ voces, ni fallor; Persæ eandem vestium formam semper servantes aut retinentes. Prior interpretatio vix admitti potest: non enim omnes homines vestibus suis stant, quando vestes indutæ?

*In Cancrum*] Cancri Solstitio, ut in libro 3. dictum, Nilus tumescere incipit.

*Taurus habet*] Sub Tauro Scythia.

*in arcûs*] Duo promontoria ponti Euxini in mare ita reducuntur, ut arcûs similitudinem imitari videantur. Duo, nempe Apollo & Hercules, a quibusdam Gemini dicuntur. FAYUS. Ad oras Scythiæ promontoria sunt.

*brachia fratris*] Extra brachia Herculis, Ganges, tunc ultima pars orbis noti, ponitur, aut Herculi subjicitur.

*regnoque feroci*] Regni ferotis in quibusdam codicibus. Rectissime *regno feroci* scribit Bentlejus.

*Jugis Bithynia*] Quid dives jugis, ait Bentlejus? O incuriam hominis! nonne idem dixerat Manilius antea, *silvarum ditia regna*?

*recturi Principis*] Tiberii hospitium, qui Rhodos diu vixit.

*domus verè solis*] Rhodos solis domus dicitur, ob Colossum sive statuam Apollinis ibi erectam.

*caperes lumen*] Notat quâ ratione domus solis in singulari sensu

Ionix quoque sunt urbes ; & Dorica rura,  
Arcades antiqui, celebrataque Caria famâ.

Quod potius regat Italiam, si felegis, astrum  
Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera novit, 760  
Designat summas ; & iniquum separat æquo,  
Tempora quo pendent, coeunt quo noxque diesque ?  
Hesperiam sua Libra tenet, quâ condita Roma  
Et propriis frænat pendentem nutibus orbem,  
Orbis & imperium retinet : discrimina rerum 765  
Lancibus & positas gentes tollitve premitve :  
Quâ genitus cum fratre Remusque hanc condidit urbem.

Inferius victæ fidus Carthaginis arces,

fu fit Rhodus ; scilicet quoniam  
Tiberius, lumen Mundi, inde redi-  
diturus : in quâ insulâ diu, quasi  
exul, vixisset. FAYUS.

MS. Rom. *Cum cuperent.*  
Optimè omnium. Respicit enim  
ad eandem historiam Tiberii,  
Cæsaris Augusto successuri, in  
quem post Drusi, Germanici, &  
Agrippæ mortem, omnium ora  
atque oculi obverfi sunt. Verè,  
inquit Poeta, domus es solis, O  
Rhode, vel eo nomine, quod com-  
munibus omnium votis sacrata es,  
quum Tiberius, inde adventurus,  
cuperetur. BUTIRIGIS.

*Arcades antiqui*] Arcadas, gen-  
tem vetustissimam, imo ante solem  
& Lunam, fuisse, poetæ fabu-  
lanur.

*Designat summas*] Quantitatem  
pecuniæ indicat.

*Tempora quo pendent*] Libra  
dies noctibus pares reddit.

FAYUS.

*condita Roma*] In Librâ dici-  
tur, habitâ ratione regionis, non  
autem natalitii. Natales vero  
duorum fratrum Remi & Romuli  
in signo Libræ, Manilius unde  
hauserit, nondum comperi.

BUTIRIGIS.

Sub quâ Librâ posita est Roma,  
id est, sita. FAYUS.

*pendentem nutibus*] Orbem,  
ad nutum Romæ, omnia quæ jus-  
ferat, facere devinctum.

*positas gentes*] Sub Romæ im-  
perio positas.

*Quâ genitus*] Quâ nempe sub  
Librâ. Natalitium Remi & Ro-  
muli ad Libræ fidus refert Poeta  
adulatorie, nam de eorum nata-  
libus variæ sunt sententiæ. Bent-  
lejus irascitur, & versum delet.  
Sed latratûs cynici parum causam  
juvant.

*Inferius*] Sidus infra Libram  
est Scorpius.

Et

Et Libyam, Ægyptique latus, donataque regna  
 Eligit, Italiæque tamen respectat ad undas, 770  
 Sardiniamque tenet, fufasque per æquora terras.  
 Gnoſſia Centauro tellus circumdata ponto  
 Paret, & in geminum Minois filius aſtrum  
 Ipſe venit geminus. Celeres huic Creta ſagittas  
 Afferit, intentosque imitatur fideris arcûs. 775  
 Inſula Trinacriæ fluitantem ad jura ſororem  
 Subſequitur Creten, ſub eodem condita ſigno :  
 Proximaque Italiæ, & tenui diſiſa profundo  
 Ora pares ſequitur leges, nec fidere ruptas.  
 Tu Capricorne, regis quicquid ſub ſole cadente 780  
 Eſt poſitum, gelidamque Helicen quod tangit ab illo :  
 Hiſpanas gentes, & quot fert Gallia dives,  
 Teque feris dignam tantùm, Germania, matrem,  
 Afferit ambiguum fidus terræque marisque,  
 Æſtibus affiduis pontum terrasque tenentem. 785

*donataque regna*] Nempe Numidiæ, Maſſaniſſæ regi a Scipione datæ, quod pop. Rom. approbavit. BUTIRIGIS. *Eligit*, ut imperium in hæc loca habeat.

*geminum aſtrum*] Sagittarium.  
*geminus*] Poetæ fabulantur, Minotaurum natum ex Paſiphæ & tauro in Cretâ. FAYUS.

*Afferit*] Sagittas ſuas Creta huic Sagittario attribuit, & ſequitur ſive imitatur fideris arcus.

*fluitantem ad jura*] Fluitare inſulæ ab antiquis dicebantur, quòd mari circumdatæ fluitare videbantur. *Ad jura ſubſequi*, idem quod eadem jura tenere.

*nec fidera ruptas*] Non a fidere Sagittario interruptas, ſed

prorſus integras; & inſulis duabus communi jure præſcriptas.

*ab illo*] Sole cadente, id eſt, ab Occaſu. FAYUS.

*feris dignam*] Ordo eſt. Sidus ambiguum (nempe Capricornus, qui hirci formam ſupra fert, infra in piſcem definit) Hiſpaniam vindicat ſibi, & Germaniam ferarum matrem, aut hominum, feris ingeniis. Ita Romanus Lyrifta, *Germania quos horrida parturit fætûs*. Capricornus continuis procellis mare ac terras perturbat.

—tyrannus  
*Hesperia Capricornus undæ.*

Sed

Sed Juvenis nudos formatus mollior artûs,  
 Ægyptum, & Leptim, Tyriasque recedit ad arces,  
 Et Cilicum gentes, vicina & Aquarius arva.  
 Piscibus Euphrates datus est, ubi Piscis amator,  
 Cum fugeret Typhona Venus, subsedit in undis. 790  
 Magna jacet tellus, magnis circumdata ripis  
 Parthis, & a Parthis domitæ per sæcula gentes,  
 Bactraque, & Arii, Babylon, & Susa, Parosque;  
 Nominaque innumeris vix amplectenda figuris,  
 Et Tigris, & rubri radiantia littora ponti. 795

Sic divisa manet tellus per sidera cuncta,  
 E quibus in proprias partes sunt jura trahenda;  
 Namque eadem, quæ sunt signis, commercia servant.  
 Utque illa inter se coeunt, odiove repugnant:  
 Nunc adversa Polo, nunc & conjuncta trigono; 800

*nudos formatus*] Aquarius molli-  
 lis, & nudos habet artûs.

*Ægyptum*] Monendus est lec-  
 tor, Manilium Ægyptum jamdu-  
 dum sub Ariete posuisse, & Lep-  
 tim sub Capricorno. Non mens  
 est auctoris, sub duobus signis has  
 regiones aut sub diversis signis  
 potius ponere: sed innuit, cali-  
 das regiones, benè molli & nudo  
 juveni convenire.

*Piscis amator*] Vide quæ infra  
 dixit auctor ad versum 574 hujus  
 libri.

*Inferuitque suos squamosis pisci-  
 bus ignes.*

Piscis amoris igne correptus,  
 quando Venus in piscem sese mu-  
 tavit. Tum piscis subsedit in un-  
 dis *amator*, novâ indole præditus.

*Magna jacet*] Quæ tellus, &  
 regiones infequentes, Piscibus  
 subjiciuntur.

*vix amplectenda*] Nomina lo-  
 corum aliorum tot, ut vix com-  
 putari possint. Quanquam com-  
 putationis figuræ sint innumera,  
 tamen vix tantam nominum va-  
 rietatem comprehendere possunt.  
 Familiari respondendi formulâ ad  
 quæsitum, *quot sunt*, utimur:  
*Tanti sunt, adeo ut vix numeren-  
 tur.*

*propriam partes*] Partes tellu-  
 ris, sive singulas regiones.

*eadem quæ sunt*] Regiones ea-  
 dem jura, quæ signa, tenent.

*conjuncta trigono*] Quæ res  
 concordiam indicat.



Quæve alia in varios effectûs causa gubernat :  
 Sic terræ terris respondent, urbibus urbes,  
 Littora littoribus, regnis contraria regna.  
 Sic erit & sedes fugienda, petendave cuique ;  
 Sic speranda fides, sic & metuenda pericla,  
 Ut genus in terram cœlo descendit ab alto.  
 Percipe nunc etiam, quæ sint Ecliptica Grajo  
 Nomine, quæ certos quasi delassata per annos  
 Nonnunquam cessant sterili torpentia motu.

805

Scilicet immenso nihil est æquale sub ævo,  
 Perpetuosque tenet flores, unumque colorem  
 Tutatur : sed cuncta diu variantur in orbe,  
 Et fœcunda suis subsistunt frugibus arva,  
 Continuosque negant partûs effœta creando.  
 Rursûs quæ fuerant steriles ad semina terræ,  
 Post nova sufficiunt, nullo mandante, tributa.  
 Concutitur validis tellus compagibus hærens,  
 Subduciturque solum pedibus. Natat orbis in ipso,  
 Et vomit oceanus pontum, sitiensque resorbet,  
 Nec sese ipse capit. Sic quondam merferat urbes,

810

815

820

*terræ terris*] Respondent sibi invicem, prout amicitia aut odium valet.

*Ut genus*] Ut terra diverso genere afficitur: Scilicet aut amicitia, aut odii genere.

*Ecliptica*] Manilius ecliptica signa vocat, bina illa, quorum in altero deliquium contigerit, & ei oppositum. SCALIGER.

*tenet flores*] Nihil est in orbe, quod perpetuam juventam induit.

*subsistunt*] Arva suos fructûs nonnunquam negant, sive subducunt.

*ad semina*] Id est, ad semina recipienda.

*Natat orbis*] Id est, in seipso, aut in toto. Orbis aliquando unus aquæ cumulus fuit. Diluvium intelligit.

*vomit oceanus*] Notat fluxum & refluxum maris, qui certo ac perpetuo motu fiunt. FAYUS.

MS. & Rom. *Et venit oceanus, pontum sitiensque resolvit. Sitiens*, id est, sic hauriens ut si sitiret. *Resolvit*, cum æstus maris refluit, nec sese ipse capit ac continet.

BUTIRIGIS.

Humani

Humani generis cum solus constitit hæres  
 Deucalion, scopuloque orbem possedit in uno.  
 Necnon cum patrias Phaethon tentavit habenas,  
 Arserunt gentes, timuitque incendia cœlum,  
 Fugeruntque novas ardentia fidera flammæ,  
 Atque uno timuit conditi natura sepulchro.  
 In tantum longo mutantur tempora cursu,  
 Atque iterum in semet redeunt. Sic tempore certo  
 Signa quoque amittunt vires, fumuntque receptas.

825

Causa patet, quod Luna suis defecit in astris,  
 Orba sui fratris, noctisque immersa tenebris,  
 Cum medius Phœbi radios intercipit orbis,  
 Nec trahit in se tum, quo fulget, Delia lumen.  
 Hæc quoque signa suo pariter cum fidere languent  
 Incurvata simul, solitoque excepta vigore,  
 Et veluti elatam Phœben in funere lugent.

830

835

*timuitque incendia*] Has Veneres poeticas non sensit, ob favoris sterilitatem, Bentleyus: qui deformitatem scriptorum, magis quam pulchritudinem calluit. Miserè igitur hunc locum discerpit, & ita legi edicto suo statuit: *luit ipsum incendia cœlum.*

*In tantum*] Adeò ut, usque adeò.

*iterum in semet*] Annorum tempestates, per longum temporis spatium, mutationem subeunt, & quales antea fuerant, tandem in semet redeunt.

*fumuntque receptas*] Vires, quas amiserant, recuperant.

*suis defecit*] In suis signis, lumine solis privata.

*sui fratris*] Phœbi. Archaismus. Orba suo fratre.

SCALIGER.

*medius*] Sagacissimè Bentleyus *medius*. Legitur *medios* a plerisque, quod malè; nam orbis terræ inter solem & lunam, durante defectu.

*Nec trahit*] Nempe a sole.

*Hæc quoque signa*] Signa, quæ ad Lunam pertinent, pariter cum Lunâ, suo *fidere*, proprias vires amittunt.

*Incurvata*] Eâdem translatione, quâ dixit lugere. Nam atratorum & lugentium est incurvari. *Incurvata dolore membra*, Ovid.

SCALIGER.

*excepta vigore*] Idem quod *privata vigore*.

Ipsa, docet titulus causæ, quæ ecliptica signa  
 Dixere antiqui, pariter subbina laborant,  
 Nec vicina loco, sed quæ contraria fulgent :  
 Sicut Luna suo tunc tantum deficit orbe, 840  
 Cum Phœbum adversis currentem non videt astris.

Nec tamen æquali languescunt tempore cuncta ;  
 Namque modo infectus totus producitur annus,  
 Nunc brevius lassata manent, nunc longius, astra,  
 Exceduntque suo Phœbeia tempora casu. 845

Atque ubi perfectum est spatium, quod cuique dicatur,  
 Impleruntque suos certâ statione labores,  
 Bina per adversum cœlum fulgentia signa,  
 Tum vicina labant ipsis hærentia signa,

*docet titulus]* Ecliptica enim vox est Græca, quæ *laborantia* significat. FAYUS.

*subbina laborant]* Monet bina simul signa deficere, per certum temporis spatium, alia tamen aliis diutius, aut minus diutius: verum ubi illa bina signa pristinum suum & vigorem & colorem resumunt, tunc bina alia sequentia hinc inde laborare, ac deficere per certum suum spatium: & ita alternatim de reliquis. Idem.

*nec vicina loco]* Non ea signa, quæ sibi invicem, ratione sedis, sunt proxima: sed ea, quæ in adverso & opposito cœlo sunt posita, & quasi ex interpositione terræ, hoc durante defectu Lunæ,

sese aspicere non possunt: ob quam causam laborare ac deficere dicuntur. Idem.

*infectus]* In hoc loco annus infectus dicitur, quando sidera ultra annum languent. Quamquam toto anno languent, tamen ad anni finem, languor non finitur, sive languor eorum infectus est. *Infectus annus* per metonymiam adjuncti pro subjecto.

*Exceduntque suo]* Hoc versu *anni infecti* affirmatio, ut supra, confirmatur.

*suo casu]* Suâ forte.

*Tunc vicina labant]* Docet alternatim bina signa opposita laborare.

*ipsis hærentia]* Quæ proxima sunt illis prioribus signis.

Quæ priùs in terras veniunt, terrasque relinquunt : 850  
 Sidereo non ut pugnet contrarius orbis,  
 Sed, quâ mundus agit cursûs, inclinât & ipse,  
 Amiffasque negat vires, nec munera tanta,  
 Nec fimiles reddit noxas. Locus omnia vertit.  
 Sed quid tam tenui prodest ratione nitentem 855  
 Scrutari mundum, si mens sua cuique repugnat,  
 Spemque timor tollit, prohibetque a limine cœli?  
 Condit enim quicquid vasto natura recessu,  
 Mortales hebetant visûs, & pectora nostra.  
 Nec prodesse potest, quòd fatis cuncta reguntur, 860  
 Cum fatum nullâ possit ratione videri.  
 Quid juvat in semet sua per convicia ferri?  
 Et fraudare bonis, quæ nec Deus invidet ipse,  
 Quosque dedit natura, oculos deponere mentis?  
 Perspicimus cœlum : cur non & munera cœli? 865

*Quæ prius in terras]* Ascensum & descensum signorum notat. Cum enim opposita tantum, una signa laborent, sequitur ut alterum jam sit supra terras ascensurum, alterum vero ex opposito infra terras sit descensurum. FAYUS.

*Sidereo]* Non quidem ut terra cœlo adversetur. Illi enim nihil contrarium. SCALIGER.

*ipse]* Orbis terrarum. Idem. Vir doctissimus Huetius, ita de hoc loco loquitur.

Non quod orbis terrestris labem hanc orbi sidereo afflaverit; imo vero cœli contagione afficitur ipse orbis terræ, nec vi suapte cœli noxam reparare potest.

*negat]* Quas amisit, non dare potest.

*Locus]* Locus cœli, five cœlum ipsum omnia perturbat.

*sua per convicia]* Hæc, quasi ab aliquo objecta, ponuntur. Quid prodest, si homo in sese descendat, aut animo aliquid ad suum dedecus verfet; quatenus scilicet cœli notitiam assequi non valeamus, quicquid tentemus. FAYUS.

*fraudare bonis]* Scilicet ea bona relinquere, quæ in nostrâ sunt potestate, & quæ Deus non invidet, quoniam ea dedit, ut in usum traheremus; sed cœli notitiam non dedit: quare cum tam ardua assequi nitimur, rationem, five oculos mentis ablegamus; quæ doceret, hæc tam abstrusa & recondita humanum captum longè exsuperare.

*Perspicimus cœlum]* Hoc versu Manilius, ad ea quæ objecta sunt, respondet.

Quanta at pars superest, rationem discere noctis?  
 Inque ipsos penitus mundi descendere census?  
 Seminibusque suis tantam componere molem,  
 Et pretium cœlo sua per nutritia ferre,  
 Extremumque sequi portum, terræque subire 870  
 Pendentis tractûs, & toto vivere in orbe?  
 Jam nusquam natura latet. Pervidimus omnem,  
 Et capto potimur mundo, nostrumque parentem  
 Pars sua conspiciamus, genitique accedimus astris.  
 An dubium est habitare Deum sub pectore nostro? 875  
 In cœlumque redire animas, cœloque venire?  
 Utque est ex omni constructus corpore mundus,  
 Aëris, atque ignis summi, terræque, marisque:  
 Sic esse in nobis terrenæ corpora fortis,  
 Spiritum & in toto rapidum, qui cuncta gubernat, 880  
 Dispensatque hominem. Quid mirum, noscere mundum  
 Si possunt homines, quibus est & mundus in ipsis?  
 Exemplumque Dei quisque est in imagine parvâ.

*Quanta at pars]* Respondet, qui objicit. *Noctis* sive rei tenebris involutæ. At quid superest ad discendum causas latentes? Quasi dicat, nihil. SCALIGER.

*componere molem]* Cum suis principiis machinam tam ingentem comparare. FAYUS.

*pretium cœlo]* Hoc versu nebulæ quædam lucem poeticam intercludunt. Nebulas fugare conemur. Quanquam hîc sit dignus vindice nodus, Bentleyus in campum criticum prodire non dignatur. Sed ille non ad *res*, sed ad *verba* ingenium admovit. *Cœlo pretium per nutritia ferre* est idem quod par pari referre. *Nutritia* sunt nutricis præmia;

nutritrix nostra est cœlum, a quâ nutrice rationem nostram deducimus. Quare *pretium cœlo ferre* est cœlum remunerare, *per sua nutritia* per ea quæ nobis dedit, scilicet per rationem nostram. Qui personam adversarii sustinet, ait, hoc non potest fieri, quoniam supra vires nostras.

*Jam nusquam]* Poeta loquitur.

*Pars sua]* Est Deus in nobis. Dum vivimus, astra petimus.

*rapidum]* Vehementem; qui cuncta, quoad nosmet, gubernat, ardore quodam abreptus.

*mundus]* Homo, ut loquuntur Philosophi, est in se microcosmus.

An quoquam genitos, nisi cœlo, credere fas est  
 Esse homines? projecta jacent animalia cuncta 885  
 In terrâ, velmersa vadis, vel in aëre pendent.  
 Omnibus una quies, venter, sensusque per artûs,  
 Et quia consilium non est, & lingua remissa.  
 Unus at inspectus rerum, viresque loquendi,  
 Ingeniumque capax varias educit in artes. 890

Hic partus, qui cuncta regit, secessit in orbem,  
 Et domuit terram ad fruges, animalia cepit,  
 Imposuitque viam ponto, stetit unus in arcem  
 Erectus capitis, victorque ad sidera mittit 895  
 Sidereas oculos, propiùsque aspectat Olympum,  
 Inquiriturque Jovem; nec solâ fronte Deorum  
 Contentus manet, at cœlum scrutatur in alto,  
 Cognatumque sequens corpus se quærit in astris.

*Omnibus una quies*] Hoc sensu: Animalibus brutis sensûs facultates sunt præcipuæ: quoniam ratio & sermo iis non dantur, siue hæ facultates sunt iis unica voluptas.

*Unus at inspectus*] Rerum ad causas indagatio. Hæc in hominibus facultas præcipua, siue unica.

*Hic partus*] Nempe partus, qui ingenium capax & inspectum rerum habet; homo scilicet.

*secessit in orbem*] Hoc est, in istam sedem, sibi designatam, se recepit: quæ sedes est orbis.

*animalia cepit*] Per vim animalia occupavit, ut commodis suis inserviant.

*in arcem*] In arcem cœli.

*Erectus capitis*] Idem quod,

erecto capite. *Erectus capitis* Græcismus.

*Os homini sublime dedit, cælumque tueri*  
*Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

OVID.

*Sidereos oculos*] Oculos, ad siderum ordinem & circuitum intuentium proclives. Siue *sidereos*, quoniam oculi, propter splendorem, siderum speciem præ se ferunt.

*solâ fronte*] Non experimentis externis fidem habet, at penitus in altos cœli recessus animus subvolat.

*Cognatumque sequens*] Scilicet quia e cœlo oriundum dixit antea hominem. FAXUS.

Hinc

Hinc in tanta fidem petimus, quam sæpe volucres  
 Accipiunt, trepidæque suo sub pectore fibræ? 900  
 An minus est sacris rationem ducere signis,  
 Quàm pecudum mortes, aviumque attendere cantûs?  
 Atque ideò faciem cœli non invidet orbi  
 Ipse Deus, vultûsque suos, corpusque recludit  
 Semper volvendo, seque ipsum inculcat & offert, 905  
 Ut benè cognosci possit, doceatque videndo  
 Qualis eat, cogatque suas attendere leges.  
 Ipse vocat nostros animos ad fidera mundus;  
 Nec patitur, quia non condit, sua jura latere.  
 Quis putet esse nefas nosci, quod cernere fas est? 910

Ne contemne tuas quasi parvo in corpore vires :  
 Quod valet, immensum est. Sic auri pondera parva  
 Exsuperant pretio numerosos æris acervos.  
 Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.

*in tanta fidem]* *Fidem petere*  
 hoc loco, idem est quod dubitare.

*quam sæpe volucres]* Ab avium  
 garritu Auspices omina captabant.  
 Hoc vult Poeta, quando ait, aves  
 fidem accipere. Scilicet credebantur  
 aves aliquid in bonam aut  
 malam partem portendere, quan-  
 docunque cantûs modulabantur,  
 quo tempore fibræ sub pectoribus  
 trepidant.

*An minus est]* An difficile sit  
 huic arti credere? Aruspici-  
 næ autem, & Etruscæ disciplinæ faci-  
 le?

*pecudum mortes]* Mortuis vic-  
 timis, exta sacerdotes introspe-  
 xerunt.

*vultûsque suos]* Vultûs & cor-  
 pus cœli.

*Qualis eat]* Qualis sit, non in  
 naturali, sed morali sensu. Qua-  
 lis sit erga genus humanum, qua-  
 lia sint consilia, qualis numinis  
 voluntas.

*mundus]* Cœlum.

*Quod valet]* Non est, inquit,  
 cur quisquam suis animi viribus  
 diffidat; licet enim mens homi-  
 nis in exiguo corpore concluda-  
 tur, vim tamen infinitam habet,  
 nec rerum omnium difficillima-  
 rum cognitioni imparem.

FAYUS.

*Sic adamas]* Punctum lapidis  
 dicitur, quoniam pars, sive portio  
 hujus lapidis magno est in pretio,  
 & auro pretiosior.

Parvula sic totum pervisit pupula cœlum.  
 Quoque vident oculi, minimum est, cum maxima cernant  
 Sic animi sedes tenui sub corde locata,  
 Per totum angusto regnat de limite corpus.  
 Materiæ ne quære modum; sed perspice vires,  
 Quas ratio, non pondus, habet. Ratio omnia vincit.

Ne dubites homini divinos credere visûs;  
 Jam facit ipse Deos, mittitque ad fidera numen,  
 Majus & Augusto crescit sub principe cœlum.

*Quoque vident]* Punctum illud, quod oculi acies vocatur, est in se minimum: quo tamen puncto, oculi maxima intuentur.

*Materiæ ne quære]* Ne sis sollicitus mensuram aut magnitudinem rerum æstimare, sed vires & energiam, quæ in iis rebus plurimum valent. Non enim in humano corpore, pondus ejus, sed animus, sive ratio, quæ corpori præest, primas obtinet.

*divinos credere]* Ne dubites, hominem rerum cœlestium scientiam amplecti, quando per apotheosin hominibus divinitatem largitur.

*Jam facit]* Adulatorium argumentum. Scilicet vivo Augusto redditi sunt honores divini, erectæ aræ, editi ludi. Atque adeò quasi jam inter Deos relatus.



M. M A N I L I I  
 A S T R O N O M I C O N.  
 L I B E R V.

**H**IC alius finisset opus, signisque relatis,  
 Queis adversa meant stellarum lumina quinque,  
 Quadrijugis & Phœbus equis, & Delia bigis,  
 Non ultrâ struxisset opus, cœloque rediret;  
 Ac per descensum medios decurreret ignes 5  
 Saturni, Jovis, & Martis, Solisque: sub illis  
 (Post Venerem & Majâ natum) te, Luna, vagantem.

Me properare viam mundus jubet, omnia circum  
 Sidera vectatum toto decurrere cœlo,

*lumina quinque*] Quinque  
 stellæ erraticæ, Mars, Saturnus,  
 Jupiter, Venus, Mercurius, qui  
 adverso cursu feruntur. FAYUS.

*cœloque rediret*] E cœlo rediret,  
 in quo antea fuisset.

*Ac per descensum*] Hunc &  
 duos sequentes versus Bentlejus  
 spongiâ delet: Ob quam ratio-  
 nem, prorsus me latet. Ni in ve-  
 teribus membranis extiterant, non  
 in omnibus editionibus locum ha-  
 buissent. Nec sensum, nec con-  
 nexionem desiderant. Terentia-  
 num illud subit, est genus homi-  
 num, qui primos se omnium rerum  
 volunt esse, Neque sunt.

*ac per descensum*] Contentus  
 tantum fuisset viam cœli aspicere,  
 versusque per astra limitem, & a  
 stellis quinque fidem petere.

SCALIGER.

*medios ignes*] Id est, septem  
 stellas erraticas, quos planetas vo-  
 cant, qui medii inter cœlum ac  
 terram feruntur adverso motu per  
 sidera zodiaci. FAYUS.

*decurreret*] Lustraret.

*sub illis*] Infra illos. Infra  
 Venerem & Mercurium.

*Me properare*] Ait se viam  
 suam per totum cœlum accelera-  
 turum, cum jam ad summa cœli  
 fastigia pervenerit. FAYUS.

Cum

Cum semel æthereos jussus conscendere currûs, 10  
 Summum contigerim sua per fastigia culmen.  
 Hinc vocat Orion, magni pars maxima cœli,  
 Et ratis Heroum, quæ nunc quoque navigat astris,  
 Fluminaque errantes latè sinuantia flexûs ;  
 Semifer, & cetus squamis atque ore tremendo, 15  
 Hesperidumque vigil custos, & divitis horti ;  
 Et canis in totum portans incendia mundum,  
 Araque divorum, cui votum solvit Olympus.  
 Illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos,  
 Heniochusque memor currûs, plaufrique Bootes, 20  
 Atque Ariadneæ cœlestia dona coronæ,  
 Victor & invisæ Perseus cum falce Medusæ,  
 Andromedamque vocans genitor cum conjugè Cepheus,  
 Quique volat stellatus equus, celerique sagittâ  
 Delphinus certans, & Jupiter alite tectus, 25

*jussus*] Ab Augusto jussus Astronomiæ scientiam numeris poeticis tractare.

*magni pars maxima*] Orion fidus spatium immensum in cœlo occupat.

*Fluminaque*] Notat & Eridanum, & effusiones aquarum, quas Aquarius ex Urnâ in latè vagantes gyros fundit. *FAYUS.*

*Semifer*] Centaurus.

*custos*] Draco, qui aurea poma custodivit.

*divitis horti*] *Divitis auri* in nonnullis editt. Benteji acre judicium nequaquam satis admiremur, qui reposuit *horti*. *Divitis auri* est ejusdem rei iteratio.

*canis*] Canicula, sive Sirius.

*Araque*] In victoriæ monumentum, aram in cœlo Di posuerunt, quando Gigantas profligaverant.

*per geminas*] Helicem & Cynduram.

*Heniochusque*] Vide librum primum, l. 366. Aurigâ dicitur Heniochus, quasi ἡνιόχον ἔχων habenas tenens.

*vocans genitor*] Qui Andromedam ita intuetur, quasi alloqueretur.

*stellatus equus*] Pegasus inter stellas relatus.

*celerique sagittâ*] Sagitta ita inter atra sita est, quasi in Delphinum vibretur. *FAYUS.*

In sphærâ cœlesti Sagitta & Delphinus prope se invicem collocantur: quapropter mutuo certare affirmantur.

*alite tectus*] Aquila, Jovis Armiger, in creatione poeticâ dicitur: tegit ergo aut saluum præstat Jovem, quoniam fulmina, Jovis arma, circumgestat.

Cæteraque in toto passim labentia cœlo.  
 Quæ mihi per proprias vires sunt cuncta canenda,  
 Quid valeant ortu, quid cùm merguntur in undas,  
 Et quid de bis sex astris per quæque reducant.

Vir gregis & ponti victor, cui parte relictâ 30  
 Nomen onusque dedit, nec pelle immunis ab ipsâ ;  
 Colchidos & magicas artes qui vertere Iolchon  
 Medeam iussit, movitque venena per orbem ;  
 Nunc quoque vicinam puppim, ceu naviget, Argo  
 A dextri lateris ducit regione per astra. 35  
 Sed tùm prima suos puppis confurgit in ignes,  
 Quatuor in partes cum corniger extulit ora :  
 Illâ quisquis erit terris oriente creatus,  
 Rector erit puppis, clavoque immobilis hærens,  
 Mutabit pelago terras, ventisque sequetur 40  
 Fortunam, totumque volet tranare profundum  
 Classibus, atque alios menses, aliumquè videre

*per quæque reducant]* Quæque, singula illa sidera Austrina vel Borealia. *De bis sex* de duodecim Zodiaci signis. *Reducant* accipiant vel referant; Totum versum ita concipe. Et quid, id est, quam æquam & justam partem per singula signa recipiant de duodecim signis. *Per quæque*, quoad quæque signa.

*cui parte relictâ]* Cum quartâ Arietis parte oritur Argo. Helle, mari mersa, *pars fuit relictâ* & onus Arietis. *Cui ponto.*

*nec pelle immunis]* Diversam interpretationem admittit. Dicitur *non immunis*, quoniam Aries Marti, post velleris aurei Ætæ denationem, immolabatur. *Non immunis*, id est, non sine munere

quoad ipsam pellem, quoniam Aries tres alias partes retinet, quartâ tantùm demptâ : & tres aliæ partes pellem retinent.

*Medeam iussit]* Ut dicitur, vertere solum. Medea Colchon Iolcho mutavit. Utraque urbs beneficiis clara. SCALIGER.

Colchis, Medæ patria, quam ut defereret, in causâ fuit vellus aureum. Illud rapuit Jason, qui Medeam secum a Colchide in Iolchon deduxit, ubi venena & magicas artes per totum orbem dispersit. FAYUS.

*Illâ]* Argo.

*alios menses]* Intellige alias regiones, quibus alii sint menses, seu cursûs solis. FAYUS.

Phasin, & in cautes Tiphyn superare trementem.

Tolle istos partus hominum sub fidere tali,

Sustuleris bellum Trojæ, classemque solutam

45

Sanguine, & appulsam terris: non invehet undis

Suppara, nec pelagus Xerxes ferietque tegetque:

Roma Syracusas, Salamis non merget Athenas;

Punica nec toto fluitabunt æquore rostra,

Actiacosque finis inter suspensus uterque

50

Orbis, & in ponto cœli fortuna natabit.

His ducibus cœco ducuntur in æquore classes,

*Phasin*] Colchidis fluvium. Argo navis ex hoc fluvio cum Jasonem & fociis vela solvit. *Alium* scilicet fluvium pene similem.

*Tiphyn*] Gubernatorem navis. *Tiphyn superare* cavere ne in cautes navis illidat, & ita tremor iste non occupet, qui antea Tiphyn occupaverat,

*Sustuleris bellum*] Affirmat poeta, duces istos qui bello Trojano intererant, & alios duces, reges, & populos, famæ bellicose annalibus celebres, sub hoc fidere natos.

*solutam*] Classem Græcorum intelligit, irâ Dianæ, ob cervum ab Agamemnone interfectum, retardatam, donec crimen sacrificio expiatum fuisset: quo facto, Græci vela solverunt.

*appulsam terris*] Cum primam ad littora Trojana appulisset Græcorum classis, Protefilaus unus e principibus Græcis ab Hectore interfectus fuit. FAYUS.

*Suppara*] MS. & Rom. *Si-*

*dera*, id est, non quærent in mari nautæ Helicen aut Cynosuram.

BUTIRIGIS.

*Xerxes ferietque*] Xerxes mare navibus constravisse, & iratus flagellasse dicitur.

*Roma Syracusas*] Cladem Syracusanorum notat poeta, cum a Marcello Cos. Rom. captæ & everse fuerint Syracusæ. FAYUS.

*Salamis non merget*] Internecinum propè bellum notat, inter Athenienses & Megarenses, de Salaminis insulæ jure. Idem.

*Actiacosque*] Navale prælium apud Actium inter Augustum & Antonium notat. Idem.

*suspensus uterque*] Orbis occidentalis & orientalis, quo de utroque contendebant. FAYUS.

MS. & Rom. *Utroque* Puta Augusto & Antonio, a quibus orbis imperium pendebat.

BUTIRIGIS.

*cœli fortuna*] Adulatorie. Cœli fortunam, Augustum vocat.

*cœco*] Incerto æquore.

Et

Et coit ipsa sibi tellus, totusque per usûs  
Diversos rerum ventis arcessitur orbis.

Sed summâ lateris surgens de parte finiftri 55  
Maximus Orion, magnum complexus Olympum,  
(Quo fulgente super terras cœlumque trahente,  
Ementita diem nigras nox contrahit alas)  
Solertes animos, velocia corpora finget,  
Atque agilem officio mentem, curasque per omnes 60  
Indelassato properantia corda vigore.  
Instar erit populi, totâque habitabit in urbe,  
Limina pervolitans, unumque per omnia verbum  
Manè salutandi portans communis amicus.

Sed cùm se terris Aries ter quinque peractis 65  
Partibus extollit, primùm juga tollit ab undis  
Heniochus, clivoque rotas convellit ab imo,  
Quâ gelidus Boreas Aquilonibus instat acutis.  
Ille dabit proprium studium, cœloque retentas,  
Quas priùs in terris agitator amaverat, artes : 70  
Stare levi curru moderantem quattuor ora  
Spumigeris frænata lupis, & flectere equorum  
Prævalidas vires, ac torto stringere gyro :

Aut

*coit ipsa sibi*] Coeunt inter se  
gentes vi commercii.

*Sed summâ*] Hoc est, Orion  
surgit a supremâ parte lateris fi-  
niftri.

*cœlumque trahente*] Hoc dicit,  
propter magnum cœli spatium,  
quod obtinet. SCALIGER.

*Ementita diem*] Insignem ejus  
claritatem designat auctor, quæ  
noctis tenebras fugat. Idem.

*Instar*] Mores populi totius  
sibi uni transferet.

*unumque*] Verbum Salutandi,  
Ave, Salve.

*rotas convellit*] Ab imo cœlo  
curru instruit: quod nobis in  
clivum assurgit eâ parte, quâ ter-  
ris exoritur. FAYUS.

*Quâ*] Versus eam partem,  
quâ, &c.

*torto stringere*] *Stringere*, re-  
tinere. Equos circulatim ince-  
dere,

Aut cùm laxato fugerunt cardine claustra,  
 Exagitare feros, pronumque anteire volantes, 75  
 Vixque rotis levibus summum contingere campum,  
 Vincentem pedibus ventos: vel prima tenentem  
 Agmina, in obliquum currûs agitare malignos,  
 Obstantemque morâ totum præcludere circum:  
 Vel medium turbæ, nunc dextros ire per orbes 80  
 Fidentem campo: nunc metâ currere acutâ,  
 Spemque sub extremo dubiam suspendere casu:  
 Necnon alterno defultor fidere dorso  
 Quadrupedum, & stabiles poterit defigere plantas  
 Per quos vadit equos: ludet per terga volantum; 85  
 Aut solo vectatus equo, nunc arma movebit,

dere, seu motu tortuoso, veteres  
 coegerunt.

—*In gyros ire coactus equus.*  
 OVID.

*fugerunt cardine]* Claustra  
 evitarunt.

*feros]* Equos.

*volantes]* Alios equos velociter  
 currentes, victoriæ æmulos. *Pronum*  
 incumbentem Aurigam.

—*proni in verbera pendent.*  
 VIRG.

*rotis levibus]* *Summum campum*  
 metam in extremâ campi  
 parte erectam. Sensus idem cum  
 isto in Horatii Ode prim.

—*metaque fervidis:*

*Evitata rotis—*

*pedibus]* Pedibus equorum.

*malignos]* Hoc est, currûs obli-  
 què agere, ut cæteri, qui de victo-  
 riâ certabant, in cursu impedirentur.  
 Ob hanc causam moræ, currus  
*maligni* dicuntur. *Obstantem*  
 Aurigam obstantem.

*metâ currere]* Sinistrorsum. In-  
 terior flexus. SCALIGER.

*Meta* hîc est flexus ad finistram  
 accuratè aut acutè factus.

*defultor]* Cujus ars erat binos  
 trahere equos, & ex uno alterna-  
 tim in alterum mirâ celeritate  
 transilire. FAYUS.

*nunc arma movebit]* Armatura  
 fuit armorum disciplina; a cam-  
 pidoctore in castris diebus festis  
 docebatur. Ejus numeros omnes  
 & gestûs studiosè milites disce-  
 bant, si quando a muneribus cas-  
 trensibus illis vacaret. Hæc ex-  
 ercitatio campestris fuit. Arma-  
 tura, armaturam militarem eque-  
 stem tam comprehendit, quam  
 pedestrem. SCALIGER.

—*infestaque tela tulere.*

—*pugnaque cient simulachra*  
*Sub armis.*

VIRG.

De ludis Circens.

Nunc,

Nunc, licet in longo, per cursûs præmia, circo,  
 Quicquid de tali studio formatur, habebit.  
 Hinc mihi Salmoneus, qui cœlum imitatus in urbe  
 Pontibus impositis, missisque per æra quadrigis, 90  
 Expressisse sonum mundi sibi visus, & ipsum  
 Admovisse Jovem terris de fulmine fingit:  
 Sensit at immensos ignes super ipse secutus,  
 Morte Jovem & didicit generatus quid sit haberi.  
 Hoc genitum credas de fidere Bellerophontem 95  
 Imposuisse viam mundo per signa volantem:  
 Cui cœlum campus fuerat, terræque, fretumque  
 Sub pedibus. Non ulla tulit vestigia campus.  
 Hæc erit Heniochi surgens tibi forma cavenda.

Cumque decem partes Aries duplicaverit ortûs, 100  
 Incipient Hædi tremulum producere mentum,  
 Hirtaque tum demum terris promittere terga,  
 Quâ dexter Boreas spirat. Ne crede severæ

*per cursûs præmia]* Locum  
 distorquet ac deformat Bentejus.  
 Ad ludos Circenses ille sensum ver-  
 sâs accommodat, sed mendosè,  
 nam nihil hic de istis ludis agitur.

Ita corrigo, & ita scripsit auctor,

*Nunc licet huic, longo percursu,*

— *præmia, circo*

— *habere.*

Veterem lectionem retineo, quia  
 in MS. mendum non liturâ tolli-  
 tur.

*Hinc mihi]* Ex hoc fidere.

FAYUS.

*Sensit at]* Respicit ad eos, quos  
 iste carnifex fulmine feriebat. Sic  
 morte suâ, homo natus, didicit  
 quid sit Jovem haberi.

BUTIRIGIS.

*super]* Nimis ille imitatus.

*Non ulla tulit]* Quamvis viam  
 in cœlo sibi fecit, tamen nulla  
 signa pedum, nulla vestigia reli-  
 quit.

*Cumque decem]* In Arietis par-  
 te vicemâ oriuntur Hædi.

SCALIGER.

*tremulum mentum]* Ex longi-  
 tudine & crassitudine barbæ, quæ  
 ultrò citroque movetur, mentum  
 Hædi tremere dicitur.

*promittere]* Proferre; aut por-  
 rigere.

*Ne crede severæ]* Hoc est: ne  
 putes adeò severos, ac graves mo-  
 res, sub hoc fidere promitti. Hoc  
 Hædorum petulantia non con-  
 venit. Major, & graviores est,  
 quam ut ei signo attribuat.

SCALIGER.

Frontis

Frontis opus signo, strictos nec crede Catones,  
 Aut Brutum, atque parem Torquatum, & Horatia facta.  
 Majus onus signo est: Hædis nec tanta petulcis 106  
 Conveniunt. Levibus gaudent, lascivaque signant  
 Pectora, & in lusûs agiles, agilemque vigorem  
 Desudant. Vario ducunt in amore juventam.  
 In vulnus nunquam virtus, sed sæpe libido 110  
 Impellit, turpisque emitur vel morte voluptas.  
 Et minimum cecidisse malum est, sed crimine victum.  
 Necnon & cultûs pecorum nascentibus addunt,  
 Pastoremque suum generant, cui fistula collo  
 Hæreat; & voces alterna per oscula ducat. 115

Sed cûm bis denas augebit septima partes  
 Lanigeri, surgunt Hyadas: quo tempore natis  
 Nulla quies placet; in nullo sunt otia fructu:  
 Sed populum; turbamque petunt; rerumque tumultûs.  
 Seditio clamorque juvat, Gracchosque tenentes 120  
 Rostra volunt, montesque sacros, rarosque Quirites:

*opus*] Genituram.

*strictos nec crede*] Severos, rigidos; *strictos*, quia in iis rerum notitia contractior est, dum liberalem intelligentiæ semitam deviant.

MS. & Rom. *Structos*. *Structos* autem, id est, conceptos hoc signo. BUTIRIGIS.

Hunc locum, avidus novandi verba, perditè exagitat Bentlejus. Verba contextui inferuntur, quorum ne minima similitudo in editionibus cæteris deprehenditur.

*In vulnus nunquam*] Plane est, quod ille ait,—solâque libidine fortis. SCALIGER.

*Et minimum*] A Bentlejo versus ineptitius dicitur, & infulsus. Infulsus certe, & multi ejusdem jejunitatis in hoc opere. Si rejicitur, fides MS. violatur, & omnem auctoritatem, præter nostram, rejicimus. Hoc ait Manilius, turpis voluptas malum est majus morte. *Cecidisse* in pugnâ. *Crimine* libidine.

*alterna per oscula*] Per alterna fistulæ foramina.

*bis denas*] In vicefimâ septimâ parte Arietis.

*rarosque Quirites*] Id est, internecionem vel potiùs cædem civium, adeò ut pauci sint superstites. Hæc efficit seditio.



Pacis bella probant, curæque alimenta ministrant.

Immundosque greges agitant per fordida rura.

Et fidum in terris alium genuere Booten.

Hos generant mores Hyades, surgentibus astris. 125

Ultima Lanigeri cum pars excluditur orbi,

Quæ totum ostendit terris, atque eruit undis,

Olenie servans prægressos tollitur Hædos,

E gelido stellata polo, quæ dextera pars est,

Officio magni mater Jovis. Illa Tonanti 130

Fundamenta dedit, pectusque implevit hiantis

Lacte suo, dedit & dignas ad fulmina vires.

Hinc timidæ mentes, tremebundaque corda creantur,

Suspensa in trepidis, levibusque obnoxia causis.

His etiam ingenitur visendi ignota cupido, 135

Ut nova per montes quærunt arbuſta capellæ,

Semper & ulterius pascentes tendere gaudent.

Taurus, in averſos præceps cum tollitur artus,  
Sextâ parte fui, certantes lucis ad oras

Pleiades

*Pacis bella*] Rixas amant, & jurgia, contentionesque, quæ, extra bella, tempore pacis, fieri solent.

*Et fidum in terris*] Bootes bubulcus est inter fidera. Hyades in terris quoque Booten alium & fidum generant. FAYUS.

*surgentibus astris*] Quando eorum astra oriuntur.

*excluditur*] Emitteritur.

*Olenie*] Olenia, Capella, sive Capellæ fidus.

*E gelido stellata*] Stellis splendida, juxta polum exurgit, ad dextram.

*Officio magni*] Capellam Jovis

nutricem fuisse, fabulantur poetæ, & ei lactem suum in Cretâ infra præbuisse.

*in trepidis*] In rebus trepidis.

*obnoxia causis*] Res nullius momenti, sæpe maximam sollicitudinem excitant.

*in averſos*] Taurus posteriore sui parte oritur. SCALIGER.

*præceps*] Capite deorsum inclinante.

*certantes*] Quasi obluſtantes. Pleiades autem seorsim subobscuræ sunt stellæ. *Certantes*, id est, omnes simul reddere lumen conantes. FAYUS.

*certantes lucis ad oras*] Hæ

Pleïadas ducit: quibus aspirantibus, almam 140  
 In lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces:  
 Perque dapes, mensasque super, petulantia corda,  
 Et sale mordaci dulces quærentia risûs.  
 Illis cura sui cultûs, frontisque decoræ  
 Semper erit: tortosque in plexum ponere crines, 145  
 Aut nodis revocare, & rurûs vertice denso  
 Fingere: & appositis caput emutare capillis,  
 Punicibusque cavis horrentia membra polire,  
 Atque odisse virum, sterileque optare lacertos.  
 Fœmineæ vestes, nexæ sine tegmine plantæ, 150  
 Et species, fictique placent ad mollia gressûs.  
 Naturæ pudet, atque habitat sub pectore cæca  
 Ambitio, & morbum virtutis nomine jactant.  
 Semper amare parum est: cupient & amare videri.

stellæ adeo confertæ, ut, ἀπὸ τῆς πλείσε, id est, a multitudine Pleiades vocantur: ideo inter se certare dicuntur.

*aspirantibus*] Quæ sidera, cum partui faveant, eorum ortu generantur vinosi, & mulierosi.

SCALIGER,

*Perque dapes*] *Super mensas* durante mensarum apparatu.

Hoc loco Manilius, non quidem mimarios intelligit, sed urbanos tantum, quos scurras vocant, ut ait Plautus. SCALIGER.

*tortosque in plexum*] Plexos crines disponet. SCALIGER.

MS. & Rom. In *flexum*: nam etiam calamistrati sunt cinædi, quamvis sine implexu.

BUTIRIGIS.

*revocare*] Hinc & inde in nodos colligere.

*vertice denso*] Capillis denso.

*appositis*] Alienis crinibus additis.

*odisse virum*] Dolere, quia nati sunt viri.

*steriles*] Sine crinibus.

*nexæ sine tegmine*] Phœciasios calceos intelligit, aut Sicyonios, qui proprii fœminarum erant, & obstrigillis necebantur. Tecti vero sunt virorum calcei. obstrigillati fœminarum. Propterea nexas plantas dixit. SCALIGER.

*ad mollia*] Molliter, sive more fœmineo.

*virtutis nomine*] Morbum fœminei cultûs, & consuetudinem muliebrem inter virtutes collocant.

*Semper amare*] Cupient scilicet non tantum amare, sed ut alii videant, sive sciant, se amori esse deditos.

Jam vero Geminis fraterna ferentibus astra 155  
 In cœlum, summoque natantibus æquore ponti,  
 Septima pars Leporem tollit, quo fidere natis  
 Vix alas natura negat, volucresque meatûs,  
 Tantus erit per membra vigor referentia ventos.  
 Ille prius victor stadio, quàm missus abibit : 160  
 Ille cito motu rigidos eludere cœstûs :  
 Nunc exire levis missas, nunc mittere palmas :  
 Mobilibusque citos ictûs glomerare lacertis ;  
 Ille potens curvo pede fundere concita pila :  
 Ille pilam celeri fugientem prendere plantâ, 165  
 Et pedibus pensare manûs, & ludere saltu,  
 Per totumque vagas corpus disponere palmas,  
 Ut teneat tantos orbes, sibique ipse recludat,

*natantibus æquore]* Jam supra pontum conspectis, postquam de ponto emerferunt.

*quam missus]* Quam dimissus. Vincet, antequam discessio fiat, cursu finito.

*Ille cito motu]* Pentathlum describit. *Volucres meatûs saltûs : Stadium, cursus. Cæstus, palæstra : Pila, vel discus : jaculatio pilorum concitorum* appellatione. BUTIRIGIS.

*Nunc exire levis]* *Levis* idem quod celer. *Exire*, evitare, eludere, declinare. *Missas*, sibi admotas. *Mittere palmas*, nunc invicem suas palmas adversario inferre.

*glomerare]* In gyros lacertos agere, & proludere, antequam ictus datur.

*Ille potens curvo]* Disertim indicat, hunc proinde plantâ, ac alii volâ, usurum : ac pede tela

jaculaturum, & unco pede proinde, ac nos manu, omnia prehensurum. Idem est, quod ait, pedibus manus compensaturum, & lusurum saltu. SCALIGER.

*pensare manûs]* Vel efficere, ut pedum agilitate fugientem pilam assequatur : vel pro manibus pedibus uti inter pilam excipiendam. FAYUS.

*ludere saltu]* Qui pedibus in lusu pilæ manuum vice utitur, is dicitur propriè saltu ludere. Saltus enim est proprius pedum, non manuum. SCALIGER.

*Ut teneat tantos]* In continuos orbes manûs agitare.

*recludat]* Quâ ratione hæc fieri possunt, non constat. Primò, ait auctor, manibus orbes format, & arctè tenet aut implicat : deinde tantos orbes recludit, aut a se explicat.

Et velut edoctos jubeat volitare per ipsum.

Invigilat fomnis : curas industria vincit :

170

Otia per varios exercet dulcia lusus.

Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra

Confurgunt Jugulæ; quibus aspirantibus orti

Te, Meleagre, colunt flammis latitantibus ustum,

Atque Atalanteos conatum ferre labores,

175

Reddentemque tuæ per mortem munera matri :

Cujus & ante necem paulatim vita sepulta est ;

Et Calydoniacâ bellantem rupe puellam,

Vincentemque viros ; et, quam potuisse videri

Virgine majus erat, sternentem vulnere primo ;

180

Quàmque erat Actæon filvis mirandus, & ante

*Invigilat]* Tempore somni vigilat. Somnus non profundus, sed crebrò interpellatus, ob animi sollicitudinem.

*curas industria]* Curæ sunt variæ & complures; sed industria longè curas exsuperat. Non talem sensum verborum deprehendens Bentlejus, urget, industria curas auget. Qua ratione? Curæ industriam præcedunt, quia industria non est: quodocunque industria suscipitur, successum generat, & successus de curis triumphat.

*Confurgunt Jugulæ]* Juxta Cancrum duo sidera, Aselli, oriuntur. De quibus variæ sunt fabulæ.

*flammis latitantibus fatali tor- re quem domi asservabat Althæa mater. Munera quæ Atalantæ sperata suæ donaverat.*

BUTIRIGIS.

*conatum ferre labores]* Id est, probare ac tueri virginis Atalantæ factum, quæ prima aprum vulneraverat. FAYUS.

*Reddentemque tuæ]* Vitæ munus a matre accepisset Meleager, stipite extincto & servato. Idem vitæ munus reddidit, cum, stipite a matre tandem in ignem coniecto & combusto, Meleager interiit.

*paulatim vita]* Ut torris gradatim extinguebatur, ita vita Meleagri, quæ ex isto torre accenso extinguebatur.

*bellantem rupe]* Bellantem cum apro feroci, quem in excidium illius regionis Diana miserat. Rupe monte juxta Calydonem Ætolorum civitatem. FAYUS.

*majus erat]* Factum majus quam in virgine exspectaretur.

*Quàmque erat Actæon]* Majus erat factum in virgine, quam facinus ullum, quod Actæon impleverat.

Quam

Quam canibus nova præda fuit. Ducuntur & ipfi  
 Retibus, & claudunt campos formidine mortis,  
 Mendacesque parant foveas, laqueosque tenaces,  
 Currentesque feras pedicarum compede nectunt, 185  
 Aut canibus, ferrove necant, prædasque reportant :  
 Ac per nulla sequi dubitant vestigia prædas.  
 Sunt quibus in ponto studium est cepisse ferarum  
 Diversas facies, & cæco merfa profundo  
 Sternere littoreis monstrorum corpora arenis, 190  
 Horrendumque feris in bella laceffere pontum,  
 Et cœlare vagos inductis retibus amnes.  
 Luxuriæ quia terra parum, fastidiet orbem  
 Venter, & ipse gulam Nereus ex æquore pascet.  
 At Procyon oriens, cum jam vicesima Cancrī 195  
 Septimaque ex undis pars sese emergit in astra,  
 Venatûs non ille quidem, verùm arma creatis  
 Venandi tribuit : catulos nutrire sagaces,  
 Et genus a proavis, mores numerare per artes,  
 Retiaque, & validâ venabula cuspide fixa, 200  
 Lentaque contextis formare hastilia nodis,  
 Et quodcunque solet venandi poscere cura,  
 In proprios fabricare dabit venalia quæstûs.

*formidine mortis]* Formidine  
*mortis* pro *formidabili morte*. Sci-  
 licet campos laqueis cingunt, &  
 aliis insidiarum generibus, quæ  
 mortem feris minantur.

*per nulla sequi]* Et mari &  
 terrâ prædas aucupantur.

*ferarum]* Piscium, qui ter-  
 restrium animalium formas re-  
 præsentant.

*cœlare vagos]* Injactis retibus  
 aqua agitatur: & ex istâ agita-  
 tione, asperitas quædam & tumor  
 oritur. Hoc modo amnis cœlatus  
 esse a Manilio dicitur.

*cum jam vicesima]* In Cancrī  
 parte vicesimâ septimâ oritur Pro-  
 cyon.

*creatis]* Sub se natis.

*per artes]* Canum ingenia &  
 mores per certa vocabula arti ve-  
 naticæ propria recensere.

*In proprios]* Instrumenta ve-  
 natica, quæ in tabernis venduntur,  
 fabricare siye per artem formare  
 docebit, ut quæstuosâ mercatura  
 comparetur.

Cum verò in vastos furgit Nemeæus hiatûs,  
 Exoriturque Canis, latratque Canicula flammans, 205  
 Et rabit, igne suo geminans incendia solis :  
 Quâ subdente facem terris, radiosque movente,  
 Dimicat in cineres orbis, fatumque supremum  
 Sortitur, languetque suis Neptunus in undis,  
 Et viridis nemori sanguis decedit, & herbis. 210  
 Cuncta peregrinos orbis animalia quærunt :  
 Atque eget alterius mundus. Natura fuisset  
 Ægrotat morbis nimios obsessa per æstûs,  
 Inque rogo vivit. Tantus per sidera fervor  
 Funditur, atque uno ceu sint in lumine cuncta. 215  
 Hæc ubi se ponto per pronas extulit oras,  
 Nascentem si quem pelagi perstrinxerit unda,  
 Effrænos animos, violentaque pectora fingit,  
 Irarumque dabit fluctûs, odiumque, metumque

*latratque Canicula*] MS. & Rom. meo iudicio, non ineleganter,— latratque Canicula flammans.

• BUTIRIGIS.

Canis & Canicula simul exoriuntur. Nam Canis dicitur totum sidus ipsum, qui in suâ astrothesia fingitur in posteriora infidens, & in priores pedes erectus oriri. Lucidissima vero stella, quæ in ejus Maxillâ est, quæ propriè Romanis Canicula, Græcis Σείρηνας dicitur. SCALIGER.

*Dimicat in cineres*] Distio agrestis & inconcinna, qualis hoc auctore frequenter invenitur. Terra, inquit, luctatur, ad evitandam dissolutionem ejus, in cineres, quodocunque canicula ignes ejus in terram jaculatur.

*in cineres*] Contra cineres.

*Dimicat*; aut resistit exitio imminenti, quod ab ardore Caniculæ impendet.

*nemori sanguis*] Sanguis succus. Proprie, quod Græcis poetis Εἰζῆ. Arborum succus, ille dicitur vulgo sapa. Et ita vocavit Palladius. SCALIGER.

*peregrinos orbis*] Alias regiones, aliasque terras ab iis, quibus versantur, quasi aliis in locis minus ardore solis, & caniculæ ignibus coquerentur. FAYUS.

*alterius*] Alterius mundi.

*uno ceu sint*] In uno ignito sidere caniculæ. Idem.

*cuncta*] Sidera.

*pronas extulit*] Supra horizontem, ad quem cæli partes pronæ cadunt. Idem.

*perstrinxerit*] Affecerit.

Totius

Totius vulgi. Præcurrunt verba loquentis, 220  
 Ante os est animus : nec magnis concita causis  
 Corda micant, & lingua rabit, latratque loquendo  
 Morsibus increpitis : dentes in voce relinquit.  
 Ardescit vitio vitium, viresque ministrat  
 Bacchus, & in flammâ sævas exuscitat iras, 225  
 Nec silvas rupeſve timet, vaſtoſque leones,  
 Aut ſpumantis apri dentes, atque arma ferarum,  
 Effunditque ſuas conceſſo in robore flammas.  
 Nec tales mirere artes ſub fidere tali :  
 Cernis ut ipſum etiam ſidus venetur in aſtris? 230  
 Prægreſſum quærit leporem comprehendere curſu?

Ultima pars magni cum tollitur orbe Leonis,  
 Auratis Crater ſurgit ſtellatus ab aſtris.  
 Inde trahit quicumque genus moreſque, ſequetur  
 Irriguos ruris campos, amneſque, lacuſque : 235

*Præcurrunt verba*] Feſtinato loquitur. SCALIGER.

*Ante os eſt animus*] Adeo in omne convitium præceps fertur, ut incautus mentem palam faciat, ac loquatur ea, quæ dixiſſe pœniteat. FAYUS.

Non animum celat; ſed in fronte oris videtur. Quod in buccam venit, blaterat.

*nec magnis concita*] Corda, inquit, micant & ſeſe retegunt, non magnis cauſis ſtimulata, ſed leviffimâ quâque occaſione.

*Morsibus increpitis*] *Morſu increpare*, frequenter occurrit.

BUTIRIGIS.

*dentes in voce relinquit*] Adeo raptim loquitur, ut voces non formet, ſed intercitat dentibus,

atque in ipſis vocibus quaſi dentes relinquat. FAYUS.

*in flammâ*] Flammante vino.

*timet*] Ille, qui ſub hoc ſidere naſcitur.

*arma ferarum*] Aliarum ferarum arma naturalia, ea, quæ dedit in tutelam ſuam natura: quæ ſunt ungues, cornua, aculei.

*conceſſo in robore*] *Flammas iras*. Iras in materiam aliquantulum oblatam ſeſe evomentes. *Conceſſo in robore*, in materiâ oblatâ.

*Prægreſſum quærit*] Canis major poſt leporem ponitur.

*orbe*] Horizonte. SCALIGER.

*ſtellatus ab aſtris*] Propter aſtrorum ſplendorem quaſi gemmis diſtinctus.

Et

Et te, Bacche, tuas nubentem junget ad ulmos;  
 Disponetque jugis imitatas fronde choreas,  
 Robore vel proprio fundentem brachia ducet,  
 Teque tibi credet semper: quin matre relicta,  
 Adjunget calamis, segetemque interferit uvis: 240  
 Quæque alia innumeri cultus est forma per orbem,  
 Pro regione colet. Nec parcè vina recepta  
 Hauriet emiscens, & fructibus ipse fruetur,  
 Gaudebitque mero, mergetque in pocula mentem.  
 Nec solùm terræ spem credet in annua vota: 245  
 Annonæ quoque vectigal, mercesque sequetur,  
 Præcipuè quas humor alit, nec deserit unda.  
 Tales Crateræ mores effingit amator.  
 Jam subit Erigone, quæ cum ter quinque feretur  
 Partibus ereptis ponto, tollentur ab undis 250  
 Clara Ariadneæ quondam monumenta coronæ,  
 Et molles tribuent artes. Hinc dona puellæ  
 Namque nitent; illinc oriens est ipsa puella.

*ad ulmos]* Arborea maritas celebrant rei rusticæ scriptores, præsertim ulmum & vitem.

*Disponetque jugis]* Jugum est lignea quædam fabrica, ad quam vites alligantur. Propter frondium & furculorum intercursum, ex hac positione, choreas videntur agere.

*fundentem]* Bacchum seu vitem ramos extendentem. *Robore proprio,* hoc est, vitem in suum stipitem eriget. SCALIGER.

*matre relicta]* Vitis relinquatur, cum traduces ab arbore in arborem transferuntur. A matrice dimittuntur, & serperastris & canalibus, in quos incumbant, adjunguntur. BUTIRIGIS.

*segetem]* Spatio interjecto agrum agrum segeti relinquet.

SCALIGER.

*fructibus]* Vitis fructibus, Uvis scilicet.

*Annonæ quoque]* Annonæ publicum redimet, & merces maris.

*Tales Crateræ]* Rom. *Tales efficiet crater humoris amantes.* Itaque sic legendum arbitror.

BUTIRIGIS.

*feretur]* In superiores cæli partes.

*oriens est ipsa puella]* Per puellam Manilius non Ariadnem intelligit, sed ipsummet sidus Virginis, cum cujus parte decimâ quintâ ait Coronam oriri.

SCALIGER.



Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum,  
 Pallentes violas, & purpureos hyacinthos, 255  
 Liliaque, & Tyrias imitata papavera luces,  
 Vernantisque rosæ rubicundo sanguine florem.  
 Cœruleum foliis, viridi quin gramine, collem  
 Conferet, & veris depinget prata figuris :  
 Aut varios nectet flores, fertisque locabit, 260  
 Effingetque sinu : similesque in mutua pressos  
 Incoquet, atque Arabum silvis mulcebit odores :  
 Et medicos unguenta dabit referentia flatûs,  
 Ut fit adulterio succorum gratia major :  
 Munditiæ, cultusque adsunt, artesque decoræ, 265  
 Et lenocinium vitæ, præsensque voluptas.  
 Virginis hoc anni poscunt, floresque coronæ.

*Ille colet*] Quicumque sub hoc  
 fidere tunc temporis nascitur.

*Tyrias luces*] Purpureos colo-  
 res.

*rubicundo sanguine*] Colore  
 sanguineo.

*Cœruleum foliis*] Viridem &  
 cœruleum confundunt poetæ.  
 Nam & Ovidius aërem viridem  
 dixit pro cœruleo, & aquas virides  
 pro eodem. SCALIGER.

Sensus hujus loci est: Collem  
 & arboribus sive plantis, & gra-  
 mine feret.

*veris depinget prata*] Potes le-  
 gere *Vernis*. SCALIGER. Forſan  
*veris figuris* idem fit quod *natu-  
 ralibus*: aut intelligatur dictio de  
 floribus, qui verno tempore nas-  
 cuntur. *Depinget*: curâ & indus-  
 triâ prata florum & graminis  
 feracia reddet.

*Effingetque sinu*] Flores in sinu  
 suo disponet, grati odoris gratiâ:  
 aut serviam, id est, florum fasci-  
 culum componet.

*in mutua pressos*] Flores com-  
 pressos, ut eliciantur succi, tem-  
 perabit, atque his ita temperatis  
 Arabicos odores infundet, ut hinc  
 fiat unguentum.

*medicos*] Flatus, aut odores,  
 qui certis morbis medentur.

*adulterio*] Mixturâ tali major  
 fit utilitas.

*floresque coronæ*] Timachidas  
 poeta ait, coronam Ariadnæ ex  
 quodam flore nexam fuisse.

SCALIGER.

At cum per decimam confurgens horrida partem  
 Spica, feret præ se nascens & scapus aristas,  
 Arvorum ingenerat studium, rurisque colendi : 270  
 Seminaque in fœnus fulcatis reddere terris ;  
 Usuramque sequi majorem forte, receptis  
 Frugibus innumeris ; atque horrea quærere messi.  
 Quod solum decuit mortales nôsse metallum ;  
 Nulla fames, non ulla forent jejunia terris. 275  
 Dives erat census, faturatis gentibus orbis,  
 Et si forte labor ruris tardaverat artes,  
 Queis sine nulla Ceres, non ullus feminis usus :  
 Subdere fracturo filici frumenta, superque  
 Ducere pendentes orbes, & mergere farra, 280  
 Ac torrere focis, hominumque alimenta parare,  
 Atque unum genus in multas variare figuras.  
 Et quia dispositis aptatur spica per artem

*per decimam*] Decimâ Virginiis parte oritur Spica.

*in fœnus*] In futurum proventum.

*Usuramque sequi*] Ita Cicero de Senectute. *Terra, quæ nunquam imperium recusat, nec unquam sine usurâ reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fœnore.*

*Dives erat census*] *Erat pro fuisset metri gratiâ.* Sensus est: divitiis frugum orbis abundâisset, quamvis istæ artes, quæ frumenta in communem usum accommodent, propter rusticos labores foris peractos, paululum cessent: ex priori abundantia, est quod abundè sufficit; quare si frumen-

tum non confestim conteratur, fames aut inopia non erit importuna.

*pendentes orbes*] Poeta intelligit *molas superiores* quæ rotantur in orbem, & quibus grana triticorum teruntur. FAYUS.

*mergere farra*] Id est, diluere. Idem.

*in multas variare*] Dulciarios intelligit, & artem pistoriam.

SCALIGER.

*aptatur spica*] Disponuntur fruges per horrea & cellas a frumenti curatoribus, quamadmodum in spicâ grana suis cellis & folliculis inclusa ac disposita sunt.

SCALIGER.

Frugibus, instructu simili componitur ordo,  
Seminibusque suis cellas atque horrea præbet.

285

Sed parte octavâ surgentem cerne Sagittam  
Chelarum : dabit & jaculum torquere lacertis,  
Et calamum nervis, glebas & mittere virgis,  
Pendentemque suo volucrum deprendere cœlo,  
Cuspide vel triplici securum figere piscem.

290

Quod potiùs dederim Teucro fidusve genufve?  
Teve, Philoctete, cui malim credere parti?  
Hæctoris ille faces arcu telisque fugavit,  
Mittentemque suos ignes in mille carinas.  
Hic autem & pharetram Trojæ bellumque gerebat,

295

Major & armatis hostis subsederat exul.  
Quinetiam ille pater tali de fidere cretus  
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem,  
Infelix, nati somnumque animamque bibentem,  
Sustinuit misso petere & prostrernere tælo.

300

*Sagittam*] Parte octavâ Libræ  
oritur Sagitta. Idem.

*mittere virgis*] *Virgis*, Sagittis. Nam Sagittis & fundis glebas plumbeas mittebant, quæ in aërem jactæ ignem concipiebant. Pleni sunt veterum poetarum libri.

SCALIGER.

*Hæctoris ille faces*] Scilicet *Teucer*, teste Homero, naves Danaorum ab igne liberavit, quem Hæctor in eas mittere conatus est.

FAYUS.

Fugavit arcu faces Hæctoris, atque ad eum Hæctorem ipsum ignes in naves mittentem. SCALIGER.

*pharetram Trojæ*] Philoctetes

pharetram Lernæarum Sagittarum & totum quasi bellum contra Trojam, in se, gerebat.

*Major & armatis*] Unius Sagittæ lapsu Philoctetes vulneratus, in Lemno relictus est. Ulysses, exulem ad Trojam reduxit, ubi pharetra ejus & Sagittæ Trojæ everisionem consummârunt. Major hostis, quam cæteri Græci, Trojanis fuit, dum exul, ob pharetram & sagittas, sine quibus Troja deleri non potuit.

*ille pater*] Alcon Cretenfis, Sagittarius qui serpentem, sanguinem infantis bibentem sagittâ interemit, non vulnerato filio.

Ars erat esse patrem : vicit natura periculum,  
 Et pariter juvenem fomnoque & morte levavit,  
 Tunc iterùm natum, & fato per somnia raptum.

At cùm secretis improvidus Hœdus in astris  
 Erranti similis, fratrum vestigia quærit, 305  
 Postque gregem longo producit intervallo ;  
 Solertes animos, agitataque pectora fundit,  
 Et fingit variis non deficientia curis,  
 Nec contenta domo ; populi sunt illa ministra,  
 Perque magistratûs, & publica jura feruntur. 310  
 Non ullo careat digito, quaque iverit, hasta ;  
 Defueritve bonis sector, pœnamve lucretur  
 Noxius, aut patriam fraudârit debitor æris.  
 Cognitor est urbis, Necnon lascivit amores  
 In varios, ponitque forum, madet atque Lyæo : 315  
 Mobilis in saltûs, & scenæ mollior arte.

*fato per somnia raptum*] Mor-  
 te scilicet liberatum, dum somni-  
 avit.

*At cum secretis*] Bentlejus mi-  
 serè hunc versum lacerat, cum re-  
 ponit *arvis* pro *astris*. *Quænam*,  
 inquit, *ista quæ hic memorat*, se-  
 creta astra? Dicam. *Secreta*  
*astra* sunt ista fidera longo inter-  
 vallo distantia ; & hoc proximo  
 versu explicatur. Quænam verò  
 sint ista *arva secreta*, non criticus  
 emunctissimæ naris odorari valet.

*Nec contenta domo*] Et quæ  
 intrâ domesticas curas non con-  
 sistent. Non domi se contine-  
 bunt, sed populi negotiis immis-  
 cebuntur. SCALIGER.

*Perque magistratus*] Homo tali  
 pectore præditus, cognitor erit.

*Non ullo careat digito*] Secto-  
 res aut mancupes, manu sublatâ,  
 significabant se auctores emptionis

esse. Quamdiu, inquit, qui sub  
 hoc signo nascetur, vivet, nun-  
 quam deerit qui in sectionibus  
 tollat digitum. Hastam autem  
 in auctionibus poni solitam, vulgo  
 palam est. *Quaque* pro *quacun-*  
*que*, & *quandoque* pro *quandocun-*  
*que* veteribus dictum, notant &  
 docti nostræ ætatis viri.

SCALIGER.

*pœnamque lucretur*] Lucrari  
 pœnam, est pœnam pretio redi-  
 mere.

Scaliger ita. Nunquam pecu-  
 latum quisquam impunè fecerit,  
 aut repetundarum reus evaserit.  
 Talis ac tantus quadruplator ei  
 nascetur sub hoc fidere.

*Mobilis in saltûs*] Pantomimus.  
*ponitque forum*] Manilius fori  
 appellatione, quadruplaturam,  
 cognituram, & secturam complec-  
 titur. SCALIGER.

Nunc

Nunc surgente Lyrâ, testudinis enatat undis  
 Forma, per hæredem tantum prolata Tonantis,  
 Chelarum surget cum pars vicesima sexta.

Quâ quondam sonitum referens Oeagrius Orpheus, 320  
 Et sensûs scopulis, & filvis addidit aures,  
 Et Diti lacrimas, & morti denique finem.

Hinc venient voces doctæ, bellèque sonantes,  
 Garrula quas modulis diversè tibia format,  
 Et quodcunque manu loquitur, flatuque movetur. 325

Ille dabit cantûs inter convivia dulces,  
 Mulcebitque sono Bacchum, noctesque tenebit.

Quinetiam curas inter, secreta movebit  
 Carmina, furtivo modulatus murmure vocem :  
 Solus & ipse suas semper cantabit ad aures. 330

Hinc distante Lyrâ, quæ cornua ducit in astra,  
 E regione Nepæ vix partes octo trahentis,  
 Ara ferens thuris stellis imitantibus ignem,

In

*per hæredem*] Mercurius Jovis filius, Lyræ fuit inventor: ergo solum protulit.

*Diti lacrimas*] Ad sonitum lyræ flevisse dicitur Pluto.

*morti denique finem*] Eurydicen uxorem ab inferis reduxit, & hoc modo Orpheus dicatur, morti uxoris finem statuisse, cum ad vitam revocaret.

*Et quodcunque manu*] Id est, instrumenta musica, Hydraulica & Pneumatica. Pneumatica manu pulsantur. BUTIRIGIS.

*noctesque tenebit*] Cantando noctes totas impendet.

*secreta movebit*] Id est, ut curas abigat, seorsum cantabit.

*furtivo*] Privato, sive cantu unâ voce tantum modulato.

*E regione Nepæ*] In octavâ Scorpii parte ara oritur, Lyrâ remotâ aut sublatâ, quam brachia inter sidera attollit. SCALIGER.

*Ara ferens thuris*] Thuribulum, ut dictum est lib. 1. Ara, cæleste sidus. Ad hunc Aram adstantes, Jovi adversus Titanas bellum suscepturo, fidelitatis sacramento, Dii omnes se obstrinxerant. Auxilio Deorum devictis Titanibus, Jupiter in perpetuam rei memoriam, Aram

In

In quâ devoti quondam cecidere Gigantes.  
 Nec prius armavit violento fulmine dextram 335  
 Jupiter, ante Deos quam constitit ipse sacerdos :  
 Quos potius fingent partus quam templa colentes,  
 Atque auctoratos in tertia jura ministros,  
 Divorumque sacrâ venerantes numina voce,  
 Penè Deos, & qui possunt ventura videre? 340

Quattuor appofitis Centaurus partibus effert  
 Sidera, & ex ipso mores nascentibus addit.  
 Hic mulos aget, aut mannos, mixtoque jugabit  
 Semine quadrupedes, aut curru celsior ibit ;  
 Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma. 345  
 Ille tenet medicas artes ad membra ferorum :  
 Hoc est artis opus, non expectare gementes,  
 Et non auditos mutorum tollere morbos,  
 Et sibi, non ægrum jamdudum, credere corpus.  
 Nunc subit Arcitenens, cujus pars quinta nitentem 350  
 Arcturum ostendit ponto, quo tempore natis  
 Fortuna ipsa suos audet committere census,  
 Regales ut opes & sancta æraria fervent.

illam inter astra locasse dicitur. *Stellis imitantibus*, ignibus aræ stellas imitantibus.

*in tertia jura*] Quales ministri in tertia jura? Proculdubio Poeta hoc loco Flamines notat, qui tres fuerunt: & tria sacra jura expleverunt. Nomina eorum, Dialis, Martialis, Quirinialis. *Auctoratos* officio obstrictos.

*Quattuor appofitis*] Scorpii parte duodecimâ oritur Centaurus. *Quattuor partibus* additis octo supra dictis, lin. 332. quod facit 12.

*jugabit*] In jugum junget mulos.

*equos armis*] Herum armatum

in equum imponet. *Ferorum* postea, equorum.

*Et non auditos*] Hoc est, morbum prævertere, & non, dum ægrotat animal, & jam diu, medelam adhibere.

*cujus pars quinta*] In quintâ parte Sagittarii oritur Arcturus.

*Regales ut opes*] Ut sint Ærarii & fisci custodes.

*sancta æraria*] Quare sancta? Ærarium erat in æde Saturni constitutum. *Sanctius ærarium* vocat Livius, lib. 27. c. 10. quoniam aurum, ibi positum, non nisi in summis angustiis, promi solebat.

Regnantes sub rege manent, rerumque ministri.  
 Tutelamve gerent populi, domibusve regendis 355  
 Præpositi, curas alieno limine claudent.  
 Arcitenens cum se totum produxerit undis,  
 Ter decimâ sub parte feri; formantibus astris,  
 Plumeus in cœlum nitidis Olor evolat alis:  
 Quo surgente trahens lucem, matremque relinquens, 360  
 Ipse quoque aërios populos, cœlique ducatum,  
 Alituumque genus, studium censûsque vocabit.  
 Mille fluent artes, aut bellum indicere mundo,  
 Et medios inter volucrem prensare meatûs:  
 Aut nido damnare suo, ramove sedentem, 365  
 Pascentemve super surgentia ducere lina.  
 Atque hic in luxum jam ventris longiûs ibit,  
 Et modò militiæ Numidarum pascimur oris,  
 Phasidos & damnis. Arcessitur inde macellum,  
 Unde aurata novo convecta est æquore pellis. 370

*Tutelamve gerent*] Patroni municipiorum sint, vel vindices civitatum. FAYUS.

*Ter decimâ sub parte*] In Sagittarii parte tricesimâ Cygnus oritur. Pars postrema Sagittarii est equina.

*formantibus astris*] Astris Cygnum formantibus, aut fidus, quod cygnus vocatur, componentibus.

*trahens lucem*] Id est, quo surgente quisquis nascitur.

*cœlique ducatum*] Imperium in aves quæ cœlo volitant. Auceps erit, bellum propter imperium avibus indicet, & hoc aucupium, delicias, studium, & etiam divitias appellabant veteres.

*mundo*] Cœlo, vel aëri.

*nido damnare suo*] Damnare suis nidis, hoc est, exuere, spoliare, antiquè dictum. SCALIGER.

*Pascentemve super*] Ex arte retia ponere, & volucris insidias struere. BUTIRIGIS.

*Atque hic in luxum*] A Colchide allatæ aves phasianæ luxui Romanorum subministratæ, ex Numidiâ gallinæ. Phasis fluvius, juxta quem convolabant Phasianii, damno afficiebatur, quum Phasianis spoliabatur. Militiæ & peregrè non a peregrinis escis abstinemus. Nam in Numidiâ militantes macellum a Colchide arcessimus. SCALIGER.

*Unde*] Ex Colchide.

*novo æquore*] Helleponto.

Quinetiam linguas hominum, sensusque docebit  
 Aërias volucres, novaque in commercia ducet,  
 Verbaque præcipiet naturæ lege negata.

Ipsè Deum cygnus condit, vocemque sub illo,  
 Non totus volucer, secumque immurmurat intus. 375

Nec te prætereant, clausas qui culmine summo  
 Pascere aves Veneris gaudent, & reddere cæcas ;

Aut certis revocare notis : totamque pèr urbem  
 Qui gestant caveis volucres ad jussa paratas,  
 Quorum omnis parvo consistit passere census. 380

Has erit & similes tribuens olor aureus artes.

Anguitenens magno circumdatus orbe Draconis  
 Cùm venit in regione tuæ, Capricorne, figuræ,  
 Non inimica facit serpentum membra creatis  
 Accipient finibusque suis, peploque fluenti, 385  
 Osculaque horrendis jungunt impunè venenis.

*nova in commercia*] Id est, peregrinarum avium mercator. Docendo novas linguas, has aves venales proponet, & inde lucrum faciet. BUTIRIGIS.

*Ipsè deum cygnus*] Ipsè Deus, Apollo, vocem Cygni in fatidicis prædictionibus dirigit, cygnus enim sub tutelâ Apollinis est.

BUTIRIGIS.

*Non totus volucer*] Cygnus in se habet amplius quam quod sit volucer, ut qui rerum divinarum significaciones aperit, id est, est fatidicus. BUTIRIGIS.

*secumque immurmurat*] Pipiens, & musitans in istis prædictionibus, non claram vocem edens. Idem.

*te prætereant*] Te lateant.

*reddere cæcas*] Palumbes altilles cæci fiunt opimâ farturâ : ac tunc coquo destinantur, & ex aviario in culinam descendunt.

SCALIGER.

*revocare notis*] Domum revocare certis sonis, posteaquam liberæ in campis volitarunt.

*olor aureus*] Olor formosus ; quoniam dum in aquâ manet, formosam speciem gerit. *Tribuens erit* antiquè dictum pro tribuet.

*Anguitenens*] Ophiucus in primâ Capricorni parte oritur.

*serpentum membra*] Aculeos intelligit, qui tunc nascentibus non erunt infesti.

*peploque fluenti*] Intra vestem accipient latè effusam.



At cum se patrio producit ab æquore Piscis,  
 In cœlumque ferens alienis finibus ibit,  
 Quisquis erit tali capiens sub tempore vitam,  
 Littoribus ripisque suos circumferet annos, 390  
 Pendentem & cæco captabit in æquore piscem,  
 Cumque suis domibus conchas, valloque latentes  
 Protrahet immersus. Nihil est audere relictum.  
 Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo  
 Immissum pariter cum prædâ exquiritur ipsâ. 395  
 Nec semper tanti merces est parva laboris.  
 Censibus æquantur conchæ, lapidumque notari,  
 Vix quisquam est locuples. Oneratur terra profundo.  
 Hinc Augusta nitent sacratis munera templis  
 Aurea, Phœbeis certantia lumina flammis, 400  
 Gemmarumque illi radiantibus lucibus ignes.  
 Hinc Pompeja manent veteris monumenta triumphii,

*alienis finibus]* Finibus Capricorni. *Ferens se ferens.*

*cæco æquore]* Cæcum dicitur mare, quia altum, profundum, & cujus fundum cernere non est.

FAYUS.

*valloque latentes]* Latentes in domibus, quasi post murum. Intelligit concharum margaritarum vestigatores, qui urinando se in profundum mittunt.

SCALIGER.

*naufragio]* Periculo. Urinator cum margaritis, quas in profundo cepit, de profundo emergere solitus est: & hoc ab iis, qui adsunt in navigio, expectatur.

*lapidumque notari]* Pro notarii, quos lapidarios vulgò dicimus.

SCALIGER.

*vix quisquam]* Non habetur

dives qui omnes agros rapiat, nisi mare conjunxerit. BUTIRIGIS.

*Hinc Augusta nitent]* Suetonius de Augusto. *Ædes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit; easque & ceteras opulentissimis donis adornavit: ut pote qui in cellam Jovis Capitolini XVI. millia pondo auri gemmasque, & margaritas quingentes H—S unâ donatione contulerit.*

*illi radiantibus]* Κατ' ἴκωνν dictum illi.

*Hinc Pompeja manent]* Scilicet ex hoc sidere datum est, ut Pompeja triumphii monumenta extarent. Tertio triumpho quem de victis gentibus egit, Margaritas, aurea vasa, signa aurea, coronas ex Margaritis transtulit Pompejus. FAYUS.

Et Mithridateos vultus induta trophæa,  
 Et quod erat regnum pelagus, fuit una malorum  
 Non extincta lues, semperque recentia damna. 405  
 Hinc lenocinium formæ, cultusque repertus  
 Corporis, atque auro quæsitæ est gratia frontis.  
 Perque caput ducti lapides, per colla, manusque,  
 Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.  
 Quid potius matrona velit tractare, creatum 410  
 Quàm factum, revocare suos quod possit ad usus?  
 Tali sorte suas artes per littora tractat,  
 Aut emit externos pretio mutatque labores  
 Infitor, æquoreæ variâ sub imagine mercis.

Cumque Fidis magno succedunt sidera mundo, 415  
 Quæsitore scelerum veniet, vindexque reorum,  
 Qui commissa suis rimabitur argumentis,  
 In lucemque trahet tacitâ latitantia fraude.

*Et Mithridateos vultus*] Alludit Poeta ad aurea vasa, quæ Augustus debellato Mithridate e Ponto retulit; in quibus scilicet cæolata erat facies & imago Mithridatis. Sic Plinius lib. 37. cap. 1. Gemmæ & Margaritæ plurimæ hanc imaginem ornaverunt. Idem.

*Et quod erat regnum*] Quod erat regnum quod erat amplitudinis gloriæque summæ.

BUTIRIGIS.

*Non extincta lues*] Ex margaritarum & gemmarum comparatione & usu, luxus, & ea mala quæ luxum comitantur, profluxerunt.

*pedibus niveis*] Auro uniones inclusos, in obstrigillis crepidarum intelligit. SCALIGER.

*Quid potius matrona*] Quid

est, quò creato potius, quam factò, uti velit matrona ad ornatum? Matrona, inquit, non tam manibus versare gemmam, ita uti a naturâ ipsâ edita est, mavult, quam ab artifice auro inclusam, brachiis, pedibus, collo, capite gestare. SCALIGER.

*Cumque Fidis magno*] Mirum est, Manilium aliam a Lyrâ Fidem facere. Nam superius & Lyræ meminit, & ejus apotelesmata apposuit. Fidicula oritur, ait Firmicus, in decimâ parte Capricorni. Idem.

*magno mundo*] Magno cælo.

*Quæsitore*] Judex.

*vindexque*] Quoniam Judex reos ad supplicium destinat.

*tacitâ latitantia*] Crimina arcanò facta, vel patrata.

Hinc etiam immitis tortor, pœnæque minister,  
 Et quisquis vero favit, culpamve perodit, 420  
 Proditur, atque alto qui jurgia pectore tollat.

Cœruleus ponto cum se Delphinus in astra  
 Erigit, & squamas stellis imitantibus exit,  
 Ambiguus terræ partus, pelagique creatur,  
 Par ex diverso studio sociatur utrumque 425  
 In genus, atque uno digestus semine surgit.  
 Nam velut ipse citis perlabitur æquora pinnis,  
 Nunc summum scindens pelagus, nunc alta profundi,  
 Et sinibus vires sumit, fluctumque figurat;  
 Sic, venit ex illo quisquis, volitabit in undis, 430  
 Nunc alterna ferens in lentos brachia tractûs,  
 Et plausâ resonabit aquâ : nunc æquore mersas  
 Diducet palmas, furtivus remus in ipso :  
 Nunc in aquas rectus veniet, passuque natabit,

*immitis tortor*] Carnifex.

*Proditur*] Eodem sensu cum verbo *Exit* quo frequenter utitur Manilius. Hinc hi in lucem prodeunt, aut sub hoc fidere.

*alto pectore*] Alto judicio, quod inter fas & nefas discrimina statuit.

*squamas*] Squamas piscium nitentes.

*Ambiguus terræ*] Partus ex diverso studio par, atque unus, idemque efficitur.

*utrumque in genus*] Utrumque genus maris ac terræ.

*digestus semine*] Ex unâ eademque naturâ.

*ipse citis*] Delphinus.

*venit ex illo*] Quicumque ex illo fidere nascitur.

*Nunc alterna*] Brachia ex-

tendens alternatim per lentos aquæ tractûs, id est, tractûs qui faciliè brachiorum ictibus cedunt.

*plausâ resonabit*] Sonum producet, ex aquâ brachiis percussâ.

*nunc æquore mersas*] Eorum, qui proni supernatant aquis, & remigio suarum manuum aguntur, duo ponit genera: unum eorum, qui apertè remigium brachiorum suprâ aquam explicant; alterum eorum, qui furtim manuum remigio intra aquas utuntur, quod Manilius dicit, *furtivus remus*. Postea de natantibus recto, & supino corpore agitur. BUTIRIGIS.

*passuque natabit*] In aquas rectus, quasi vestigiis, ac plantis ipsis insistens, & maris superficiem perambulans. SCALIGER.

Et

Et vada mentitus reddet super æquora campum : 435  
 Aut immota ferens in tergum membra, latufve,  
 Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis,  
 Pendebitque super tutum sine remige pontum.  
 Illis in ponto jucundum est quærere pontum,  
 Corporaque immergunt undis, ipsumque sub antris 440  
 Nerea, & æquoreas conantur visere nymphas :  
 Exportantque maris prædas, & rapta profundo  
 Naufragia, atque imas avidi scrutantur arenas.  
 Adnumeres etiam illa licet cognata per artem  
 Corpora, quæ valido saliant excussa petauro, 445  
 Alternosque cient motus : elatus & ille  
 Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.  
 Membraque per flammias, orbefque emissa flagrantes,  
 Delphinumque suo per inane imitantia motu  
 Et viduata volant pennis, & in aere ludunt. 450  
 At si deficient artes, remanebit in illis

*vada mentitus*] Ita pedes intrâ aquas rectâ positione locabunt, ut videantur quasi vada perambulare ; & æquoris undas, quasi solidam terram, tranabunt.

*Corporaque immergunt*] Jam ad urinatores venit.

*Exportantque maris prædas*] Ea, quæ ex naufragiis manent, ex imo mari urinatores colligunt.

*Adnumeres etiam*] Potes his urinatoribus, cognatas artes petauristarum, & cursorum, adjicere.

*petauro*] Petaurum machina erat, in sublimi suspensa, ex qua homines arte quadam in aere se librarent, & ex aere in terram delaberentur.

*elatus*] Rota in sublimi posita a duobus versabatur ; alter superne, alter inferne nitebatur. Ita fiebat, ut alternis dejecti nunc penderent, nunc erecti federent.

Idem.

*elatus & ille*] Nugatur Bentlejus, ut solet, quando suas merces audaciter infercit. Quomodo, inquit, *elatus jacet* ? Certe *elatus non jacet* : sed ille qui *modo elatus, mox aut nunc jaceat*. Qui sensus auctoris.

*per flammias*] Flammæ istæ erant in pegmate, quod in circo inducebatur. SCALIGER.

*si deficient artes*] Si ars non habeat locum, natura tamen ejus vicem supplebit.

Materies tamen apta. Dabit natura vigorem,  
Atque alacres cursûs, campoque volantia membra.

Sed regione means Cepheus humentis Aquari,  
Non dabit in lusum mores. Facit ora severa, 455  
Frontesque ac vultûs componit pondere mentis.  
Pascentur curis, veterumque exempla revolvent  
Semper, & antiqui laudabunt verba Catonis,  
Tutorisve supercilium, patruive rigorem.  
Componet teneros etiam qui nutriat annos, 460  
Et dominum dominus prætextæ lege sequatur.  
Quinetiam tragico præstabunt verba cothurno,  
Cujus erit quanquam in chartis stilus ipse cruentus.  
Nec minus & scelerum facie, rerumque tumultu  
Gaudebunt: atri luctum memorare sepulchri, 465  
Ructantemque patrem natos, solemque reversum;  
Et cæcum sine sole diem. Thebana juvabit

*Cepheus*] Firmicus, in quintâ  
decimâ parte Aquarii ait Cepheum  
oriri. SCALIGER.

*pondere mentis*] Animi seu ju-  
dicii gravitate.

*Componet teneros*] Id est, hoc  
fidus formabit eos, qui vice tuto-  
ris sive pædagogi funguntur.

*Et dominum dominus*] Servus  
Pædagogus: ratione disciplinæ, est  
dominus domini sui, docet enim  
herilem filium dominum suum.  
Itaque, *Prætextæ lege*, est jure  
ætatis. Est enim adhuc puer,  
donec togam puram cæperit.

SCALIGER.

*præstabunt*] MS. & Rom. *præ-  
stabit*. Rectè. Nam illud, *Cujus  
erit, quanquam in chartis*, ad co-  
thurnum respicit. BUTIRIGIS.

*præstabunt verba*] Scribent  
tragædias, quanquam sint san-  
guine, & omni genere tristitiæ  
maculatæ.

*atri luctum memorare*] Anti-  
gonæ. Vide tragædiam apud  
Sophoclem. SCALIGER.

*Ructantemque patrem*] Poeta  
impium Atrei facinus notat, qui  
fratri suo proprios filios mandu-  
candos apposuit; cujus facinoris  
horrore Sol retrocessisse fertur, ut  
dictum est lib. 3. FAYUS.

*Et cæcum sine sole*] Quando  
Sol retrocessit.

*Thebana juvabit*] Bella, quæ  
inter Polynicen & Eteoclen fra-  
tres, Oedipi filios, ex Jocastâ  
matre procreatos, gerebantur.

Dicere bella uteri, mixtumque in fratre parentem :  
 Quærere Medææ natos, fratremque, patremque :  
 Hinc vestes, illinc flammæ pro munere missas, 470  
 Aëriamque fugam, vectosque ex ignibus annos.  
 Mille alias rerum species in carmina ducent.  
 Forsitan ipse etiam gestus referetur in actus.  
 At si quis studio scribendi mitior ibit,  
 Comica componet lætis spectacula ludis : 475  
 Ardentes juvenes, raptasque in amore puellas,  
 Elusosque senes, agilesque per omnia servos,  
 Queis in cuncta suam produxit sæcula vitam  
 Doctor in urbe suâ linguæ sub flore Menander,  
 Qui vitæ ostendit vitam, chartisque sacravit.  
 Et, si tanta operum vires commenta negârint, 480  
 Externis tamen aptus erit nunc voce poetis,  
 Nunc saturo gestu : referetque affectibus ora,

[*mixtumque in fratre*] Quoniam Oedipus fuit pater & frater Eteoclis & Polynicis, ut eodem modo maritus & filius Jocastæ.

[*flammas pro munere*] Vide Medææ historiam. Ignem inuicit Poeta, quem Creusæ misit Medea, quo Creusa cum totâ regiâ fuit combusta. FAVUS.

[*Aeriamque fugam*] Vide Ov. Met. lib. 7. Medea, pennatis serpentibus insidens, trans liquidum æthera vecta.

[*vectorumque ex ignibus*] Hæc videtur ejusdem fabulæ portio, propter seriem & continuationem narrationis; sed Æsonis historię, ad quam sensus vocum pertinere dicitur, Materia repugnat. Quomodo enim vehi ex ignibus Æsonis anni dicantur? Aliam materiam, sed non ita commodè, inducere

videtur: Et hæc videtur Æneam notare, patrem Anchitem ex ignibus Trojæ humeris portantem.

[*gestus*] Pantomimorum.

[*mitior ibit*] Res enim mitiores tractant Comædi. FAVUS.

[*urbe suâ*] Athenis.

[*linguæ sub flore*] In Græcæ linguæ elegantia peritus.

[*Externis tamen*] Poetis scilicet, cujus opera in actionem externam trahuntur. Notat histriones.

[*saturo gestu*] Pleno gestu. Bentleyus malè corrigit *tacito gestu*. Vox *tacito* longè differt a *saturo*. Quid? Estne gestus, qui dicatur loquax?

[*affectibus ora*] In diverbiis ipsas personas representabit.

SCALIGER.

Et sua dicendo faciet; solusque per omnes  
 Ibit personas, & turbam reddet in uno:  
 Aut magnos Heroas aget, scenisque togatas. 485  
 Omnes fortunæ vultus per membra reducet,  
 Æquabitque choros gestu, cogetque videre  
 Præsentem Trojam, Priamumque ante ora cadentem.  
 Quodque aget, id credes stupefactus imagine veri.  
 Nunc Aquilæ sidus referam, quæ parte sinistra 490  
 Rorantis Juvenis, quem terris sustulit ipsa,  
 Fertur, & extentis prædam circumvolat alis.  
 Fulmina missa refert, & cœlo militat ales,  
 Bis sextamque notat partem fluvialis Aquari.  
 Illius in terris orientis tempore natus, 495  
 Ad spolia, & partas surget vel cæde rapinas,  
 Cùmque hominum dederit strages, dabit ille ferarum:  
 Nec pacem à bello, civem discernet ab hoste.  
 Ille sibi lex est, & fert quacunque voluntas,  
 Præcipitat vires: laus est concedere cuncta. 500  
 Et si forte bonis accesserit impetus ausis,

In vultu exprimet personarum  
 scenicarum mores, & suos faciet  
 imitando: id est, dicendo, & a-  
 gendo erit ipsa persona, quam re-  
 præsentat.

*Ibit personas*] Varias personas  
 aget in scenâ.

*togatas*] Comœdias.

*per membra*] Per gestum Pan-  
 tomimicum.

*choros gestu*] Unius gestu,  
 plurium aut multorum histrionum  
 agilitatem æquabit.

*quem terris sustulit*] Gany-  
 medem scilicet juvenem sustulit  
 Aquila, & Jupiter Aquarium sidus  
 constituit Ganymedem, ut aliqui:  
 alii Ganymedem esse Jovis pincer-  
 nam fabulantur.

*prædam*] Nempe Ganyme-  
 dem.

*Fulmina missa refert*] Jovi  
 fulmen subministrat Aquila, &  
 illud, quod Jupiter vibrat, ex  
 Aquilæ unguibus accipit. *Refert*  
 idem quod *producit, instruit*.

*militat ales*] Sicut miles, ar-  
 ma gerit.

*vel cæde*] Etiam si lethum in-  
 feratur, aut accidat.

*dabit ille*] Idem exitium erit  
 non solum hominibus, sed feris.

*laus est concedere*] Huic lau-  
 dabile erit, omnia suis viribus ce-  
 dere; laudem se acquirere, si sub  
 pedibus omnia per vim jaceant,  
 ille enim existimabit.

Impro-

Improbitas fiet virtus. Et condere bella,  
 Et patriam poterit magnis ornare triumphis.  
 Et quia non tractat volucris, sed suggerit, arma ;  
 Immissosque refert ignes, & fulmina reddit, 505  
 Regis erit magnive ducis per bella minister,  
 Ingentesque suis præstabit viribus usûs.

At cum Cassiope, bis denis partibus actis,  
 Æquorei Juvenis dextrâ de parte resurgit,  
 Artifices auri faciet, qui mille figuris 510  
 Vertere opus possint, caræque acquirere dotem  
 Materiæ, & lapidum vivos miscere colores.  
 Sculpentem faciet sanctis laquearia templis,  
 Condentemque novum cœlum per tecta tonantis.  
 Hæc fuerat quondam Divis concessa figura : 515

*Improbitas fiet virtus*] Quicquid aget, id omne laudibus summis efferetur.

*non tractat volucris*] Aquila non Jovis arma jaculatur, sed tantum suppeditat.

*Immissosque refert*] Ut antea, ignes suggerit ; & Jovi, quando-cunque imperat, confestim por-tat.

*Vertere opus*] Opus varietate accumulare.

*caræque acquirere dotem*] Oe-dipo conjectore propemodum o-pus est. Quid enim dotem ma-teriæ acquirere? Hujus nodi videtur hæc solutio. Callidus ar-tifex omnia hujus materiæ arcana rimabitur; necnon varia ista ar-tificia & formas, per quas auri materia, judicio, elegantia &

gustu quodam disponitur. Hoc est, acquirere dotem auri; sicut dicimus, bono animo, aut præstanti ingenio dotari.

*vivos miscere*] Tessellator & musivarius erit. SCALIGER.

*Sculpentem faciet*] Inaurabit laquearia, & tholos templorum.

SCALIGER.

*Condentemque novum*] Musivario opere. *Per tecta*, per templa Jovis Tonantis. Quasi ædes Jovis Tonantis ab Augusto dicata, eo opere exulta esset. Idem.

*Hæc fuerat quondam*] Quod olim divis tantum concessum, nunc in privatis domibus conspicitur: scilicet ex hodierno luxu, sacras ædes auro onustas, in privatarum domuum ornatu æmulamur.



At jam luxuriæ pars est. Triclinia templis  
 Concertant, tectique auro jam vescimur auro.  
 Ac nè materies tali sub munere desit,  
 Quærere sub terris aurum, furtòque latentem  
 Naturam eruere omnem, orbemque invertere prædæ 520  
 Imperat, & glebas inter deprendere gazam,  
 Invitamque novo tandem producere cælo.  
 Ille etiam fulvas avidus numerabit arenas,  
 Perfundetque novo stellantia littora ponto,  
 Parvaque fragmentis faciet momenta minutis, 525  
 Percolans; legem censûs spumantis in aurum,  
 Et perlucentes cupiens prensare lapillos,  
 Vorticibus mediis oculos immittet avaros.  
 Excoquet argenti glebas, venamque latentem

*tectique auro*] Ædes deorum tantum olim bracteatae & deauratae erant, at nunc & triclinia nostra. SCALIGER.

*vescimur auro*] Auratis crateribus cibum fumimus, five patera ex auro & gemmis ornatâ.

FAYUS.

*Ac nè materies*] Id est, nè sub tali occupatione agendi occasio desit, sidus hoc Cassiope, jubet prædam sub terris quærere.

*furtòque latentem*] Furtò adverbialiter positum.

*invertere prædæ*] Græciffat: nam subaudiendum, prædæ causa. SCALIGER.

*glebas inter*] Inter terræ partes latentem.

*novo cælo*] Aeri scilicet. Quod infra terras diu latens, tandem supra terras effertur, novo elemento exponitur.

*Perfundetque novo*] Aurum inventum colabit.

*Notat Poeta aurilegos, qui arenas auro*

*stellatas, novis aquis lavant, ut coquant.*

FAYUS.

*Parvaque fragmentis*] Ex parvis particulis parva auri pondera faciet, per abluionem. Sensus est, quicquid auri fluviatrici habere potuerit, id expendet, colabitque. Quod si etiam in imo fundo vorticibusque glaream lucentem viderit, vix continebit se, quin aquas profundas ineat: & quia corpus non potest immittere, aciem oculorum tam ferè intendit, ut ferè ad lapillos istos emissi è suo corpore videantur.

BUTIRIGIS.

*legem censûs*] Artem arenas purgandi, quæ cum abluuntur, in aurum spumare, effluere dicantur.

Eruet,

Eruet, & filicem rivo saliente liquabit.

530

Aut facti mercator erit per utrumque metalli,

Alterum & alterius semper mutabit in usûs.

Talia Cassiope nascentum pectora finget.

Andromedæ sequitur fidus, quæ Piscibus ortis

Bis sex in partes, cœlo venit aurea dextro.

535

Hanc quondam pœnæ dirorum culpa parentum

Prodidit, infestus totis cum viribus omnis

Incubuit pontus, timuit tum naufraga tellus.

Proposita est merces, vesano dedere ponto

Andromedam, teneros ut bellua manderet artûs.

540

Hic Hymenæus erat: solâque in publica damna

Pro natis lacrimans ornatur victima pœnâ:

Induiturque finûs non hæc in vota paratos,

### Virginis

*filicem*] Balucem, five auri femina, quæ lapilli sunt.

*rivo saliente*] Aquâ fluviatili, purum & liquidum lavando reddet, priusquam igne coquitur.

FAYUS.

*per utrumque*] Per utrumque metallum, aurum & argentum.

*Andromedæ sequitur fidus*] Duodecimâ parte Piscium oritur Andromedâ.

*cœlo venit aurea*] Id est, splendida a dextrâ parte cœli oritur.

*dirorum culpa*] Ob culpam Matris, belluæ marinæ exposita fuit Andromeda.

*naufraga tellus*] Nimis serò timet tellus cum jam naufraga est, inquit Bentlejus. O cæcitatem lyncis! Quid, non videre potuit, vocem naufraga non hoc loco naufragii malum significare, sed naufragii causam: non tellus quæ naufragium patitur, sed tellus,

quæ naufragium navibus infert, intelligenda est, quandocunque casus improvisus navem impingit.

*Proposita est merces*] Oraculum consulebatur, cum immanis cetus Æthiopiæ agros vastaret, a quo datum fuit hoc responsum: ut Andromeda belluæ devoranda traderetur. Ob hanc causam, Andromeda, hoc loco dicitur pretium, ab Oraculo designatum.

FAYUS:

*Hic Hymenæus erat*] Per catachresin. Quasi Andromeda in matrimonium Ponto tradita fuisset, quæ Phineo desponsata esset.

*Pro natis lacrimans*] Cave ne jungas *pro natis lacrimans*; Syntaxis est, *pro natis victima*. Victima pro natis, vel piaculum succidaneum stultitiæ matris, propter quam necesse fuit dare natos ceto. SCALIGER.

*non hæc in vota*] Non hæc in solemnia, quæ Ponto hoc tem-

Virginis & vivæ rapitur sine funere funus.  
 At simul infesti ventum est ad littora ponti, 545  
 Mollia per duras panduntur brachia cautes.  
 Astrinxere pedes scopulis, injectaque vincla,  
 Et cruce virgineâ moritura puella pependit.  
 Servatur tamen in pœnâ cultusque pudorque.  
 Supplicia ipsa decent. Niveâ cervice reclinis 550  
 Molliter, ipsa suæ custos est sola figuræ.  
 Defluxere finûs humeris, fugitque lacertos  
 Vestis, & effusi scopulis hæfere capilli.  
 Te circum Alcyones pennis planxere volantes,  
 Fleveruntque tuos miserando carmine casûs, 555  
 Et tibi contextas umbram fecere per alas.  
 Ad tua continuit fluctûs spectacula pontus,  
 Affuetasque sibi desit perfundere ripas.  
 Et casûs miserata tuos roravit & undas,  
 Extulit & liquido Nereis ab æquore vultum. 560  
 Ipsa levi flatu refovens pendentia membra  
 Aura, per extremas resonavit flebile rupes.  
 Tandem Gorgonei victorem Persea monstri  
 Felix illa dies redeuntem ad littora duxit.  
 Isque ubi pendentem vidit de rupe puellam, 565

pore solvebantur, quasi vota, ad avertenda mala, quibus Æthiopia laboravit, per belluæ marinæ vastationem.

*sine funere funus*] Viva Andromeda ad mortem ducitur. Funus igitur agitur, cum nondum mortua esset. FAYUS.

*cruce virgineâ*] Pœnâ, non ante hoc tempus, aliis irrogatâ.

*custos est sola*] Quoniam sola relicta,

*umbram fecere*] Dum circum te volabant, adeo stipatæ, ut corpus tuum celabant.

*Ad tua continuit*] Poeticæ tricæ, ultra terminos evagantes, & præter modum lascivæ.

*Ipsa levi flatu*] Ad tragædiam Euripidis alludit, in quâ echo, Andromedam consolans, inducitur. SCALIGER.

*fleBILE*] Substantivè, vel adverbialiter, FAYUS.

Diriguit,

Dirigit, facies quem non stupefecerat hostis.  
 Vixque manu spoliū tenuit; victorque Medusæ  
 Victus in Andromedâ est. Jam cautibus invidet ipsis  
 Felicesque vocat, teneant quæ membra, catenas.  
 At postquam pœnæ causam cognovit ab ipsâ, 570  
 Destināt in thalamos per bellum vadere ponti,  
 Altera si Gorgon veniat, non territus ire.  
 Concitat aërios cursûs, flentesque parentes  
 Promissu vitæ recreat, pactusque Hymenæum  
 Ad littus remeat. Gravidus jam surgere pontus 575  
 Cœperat, & longo fugiebant agmine fluctûs  
 Impellentis onus monstri. Caput eminet undas  
 Scindentis, pelagusque movet. Circumsonat æquor  
 Dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore.  
 Hinc vasti turgent immensis torquibus orbes, 580  
 Tergaque consumunt pelagus. Sonat undique Syrtis,  
 Atque ipsi metuunt montes, scopulique ruentem.  
 Infelix virgo, quamvis sub vindice tanto,  
 Quæ tua tum fuerat facies? Ut fugit in auras

*Dirigit*] Feliciter hoc loco critici partes Bentlejus sustinet. In cæteris editionibus versus ita se habet,

*Dirigit facie, quem non stupefecerat hostis.*  
 Sagaciter versus restituit Bentlejus,

*Dirigit, facies quem non, &c.*  
 Si enim *Dirigit facie*, quæso, inquit criticorum princeps, suâne an Andromedæ facie?

*Dirigit* semper absolutè ponitur. Emendatio certè sagacissima, quæ Archetypi castitatem vindicat.

*hostis*] Medusæ.  
*spoliū*] Caput Medusæ, quod redux secum deferebat Perseus.

FAYUS.

*in thalamos*] In matrimonium.

*Gorgon*] Medusa.

*Promissa vitæ*] Promittens, se vitam Andromedæ servare.

*Tergaque consumunt*] Id est, quasi totum mare tenent & occupant; adeo vastum & immane monstrum iste cetus erat.

FAYUS.

*Sonat*] Sonum edit, qui fluctibus illidentibus excitatur.

*Syrtis*] Pro loco arenoso in mari ponitur, ubi mare vadofum sit. Idem.

*Ut fugit in auras*] Timor, quo afficiebatur Andromeda quamvis Perseus ultor affuerat, pene vitam ejus abstulit.

Spiritus! Ut toto caruerunt sanguine membra! 585  
 Cum tua fata cavis è rupibus ipsa videres,  
 Adnantesque tibi pœnam, pelagusque ferentem,  
 Quantula præda maris? sed pennis subvolat altè  
 Perseus, & cœlo pendens jaculatur in hostem,]  
 Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum. 590  
 Illa subit contra assurgens, conversaque frontem  
 Erigit, & tortis innitens orbibus altè  
 Emicat, ac toto sublimis corpore fertur.  
 Sed quantum illa subit, semper jaculata profundo,  
 In tantum revolat, latumque per æthera ludit 595  
 Perseus, & ceti subeuntis verberat ora.  
 Nec cedit tamen illa viro; sed sævit in auras  
 Morfibus, & vani crepitant sine vulnere dentes.  
 Efflat & in cœlum pelagus, mergitque volantem  
 Sanguineis undis, pontumque extollit in astra. 600  
 Spectabat pugnam pugnandi causa puella;  
 Jamque oblita sui, metuit pro vindice tali  
 Suspirans, animoque magis quam corpore pendet.  
 Tandem confossis subsedit bellua membris,  
 Plena maris, summas iterumque renavit ad undas: 605

*Cum tua fata*] Fata scilicet impendentia.

*Quantula præda maris*] Quam parvula præda tibi videbaris!

FAYUS.

*pennis subvolat*] Perseo talaria dedit Mercurius.

*cœlo pendens*] In aere suspensus, alte emicans, ut ictum potentio-rem meditaretur.

*jaculata profundo*] E mari profundo, quasi jaculum, sese emittens.

*volantem*] Perseum.

*animoque magis*] Eleganter. Dicitur enim & *animo vel animi*

*pendere*, id est, Anxium esse, mente angi; & *corpore pendere*, id est, suspensum hære, aut affixum esse. Andromeda autem, & scopulis alligata pendebat corpore, & anxia metuensque Perseo, pendebat animo. FAYUS.

*Plena maris*] In profundum mare descendit, postquam vulnerata; aquæ marinæ plena, quam ictibus stupefacta, absorbuisset.

*iterumque renavit*] Malè. *Renavit* enim, est *iterum navit*. Vox *iterum* redundat, & tautologiam sonat.

Et

Et magnum vasto contextit corpore pontum,  
 Tunc quoque terribilis, nec virginis ore videnda.  
 Perfudit liquido Perseus in marmore corpus,  
 Major & ex undis ad cautes pervolat altas,  
 Solvitque hærentem vinclis de rupe puellam, 610  
 Desponsam pugnâ, nupturam dote mariti.  
 Hic dedit Andromedæ cœlum, stellisque sacrauit,  
 Mercedem tanti belli, quo condidit ipse  
 Gorgone non levius monstrum, pelagusque levavit.

Quisquis in Andromedæ surgentis tempore ponto 615  
 Nascitur, immitis veniet; pœnæque minister,  
 Carceris & duri custos, quo stante superbo  
 Prostratæ jaceant miserorum in limine matres,  
 Pernoctesque patres cupiant extrema suorum  
 Oscula, & in proprias animam transferre medullas: 620  
 Carnificisque venit mortem ducentis imago,  
 Accensisque rogis, & strictâ sæpe securi.  
 Supplicium vectigal erit. Qui denique possit

*ore videnda]* Quoniam longo intervallo.

*liquido in marmore]* In æquoris undis, quod marmor dicitur ab æquabilitate, quâ par marmori videtur.

*Major ex undis]* Id est, sanguine belluæ absterfo & illuvie, sibi magis, quam antea, animosus videbatur.

*dote mariti]* Jure dotali conjugis, nempe pugnâ quam a marito accepit.

*Hic dedit]* Perseus quidem non ipse dedit Andromedæ cœlum: sed in causâ fuit, cur inter astra eam Minerva retulerit; nimirum ob illius virtutem.

FAYUS.

*quo condidit ipse]* Quod condidit ipse vetusti aliquot libri habent. Scribe & lege, *quo condidit.* Condere, ut deponere, collocare. *Collocat. hasta suos.*

SCALIGER.

*pelagusque levavit]* Mare liberavit monstrum.

*tempore ponto]* Andromedæ e ponto surgentis.

*in limine]* Ante fores carceris.

*in proprias animam]* Poeticâ ingenii elegantia; quæ parentum amores inexsaturabiles graphicè pingit.

*Supplicium vectigal]* Quoniam *carnifex* sive vincitorum dominus, quo plura sint supplicia, eò plus lucrifacit.

Pen-

Pendentem è scopulis ipsam spectare puellam  
 Vincitorum dominus, sociusque in parte catenæ. 625  
 Interdum pœnis innoxia corpora fervat.

Piscibus exortis, cùm pars vicesima prima  
 Signatur, terræ lumen fulgebit, & orbi  
 Aërius nascetur equus, cœloque volabit,  
 Velocesque dabit sub tali tempore partûs, 630  
 Omne per officium vigilantia membra ferentes.  
 Hic glomerabit equo gyros, dorsoque superbus  
 Ardua bella geret rector cum milite mixtus.  
 Nunc stadio fraudare fidem, poteritque videri  
 Mentiri passûs, & campo tollere cursum. 635  
 Quamvis extremo, citiùs revolaverit orbe  
 Nuntius, extremum vel bis penetraverit orbem.  
 Vilibus ille etiam sanabit vulnera fuccis  
 Quadrupedum: medicas artes in membra ferorum

*ipsam spectare*] Crudelis im-  
 motis oculis pœnam contempla-  
 tur.

*sociusque in parte*] Eâdem ca-  
 tenâ vincti ibant, & miles & mi-  
 litis custos. FAYUS.

*terræ lumen fulgebit*] In vi-  
 cesimâ primâ parte Piscium oritur  
 Pegafus, & tunc temporis lux  
 oritur & affulget. *Lumen*, est  
 equus aeris ob velocitatem.

*vigilantia membra*] *Vigilantia*  
*corda* Bentlejus. Quamobrem?  
 Nonne vigilantia agilitatem de-  
 notat? Nonne vigilantia agili-  
 tate membrorum prædita? Vocem  
*membra* rejicere quid sit nisi mem-  
 bra poetica discerpere, & ita fieri  
 CRITICUS PROCUSTES?

*rector*] Qui mandata militibus  
 edicit.

*stadio fraudare*] Ut vix cre-  
 datur, tam brevi spatio temporis,  
 stadium posse trajici.

*tollere cursum*] Quasi per aëra  
 mirâ celeritate volvatur currus.

FAYUS.

*Quamvis extremo*] Cursores  
 publicos describit Manilius: qui  
 cito cursu ab unâ orbis parte ad  
 alteram deferebantur. Ille etiam  
 nuntius bis extremum orbem,  
 prout officii ratio postulet, invi-  
 set.

*Vilibus ille etiam*] En medicos  
 pecorum & hominum, per viles  
 herbarum succos tantùm, qualem  
 artem profitentur rustici.

FAYUS.

*in membra*] Pro *ad membra*,  
 scilicet in usum & medelam isto-  
 rum morborum, qui pecudes  
 præcipuè inquietant.

Neverit,

Noverit, humanos & quæ nascentur ad usûs.

640

Nixa genu species, & Grajo nomine dicta  
Engonasi, ingeniclâ vivens sub origine causæ,  
Dextra per extremos attollit lumina Pisces.

Hinc fuga nascentum, dolus, infidiæque creantur,  
Grassatorque venit mediâ metuendus in urbe.

645

Et si forte aliquas animo confurget in artes,  
In prærupta dabit studium, vincetque periculo  
Ingenium: aut tenues ausus sine limite gressûs,

Certa per extentos ponet vestigia funes,

Et cœli meditatus iter, fastigia pendet

650

Apennina petens, populum & suspendit ab ipso.

*ingeniclâ vivens sub origine]*  
Lego, Engonasi ingenicla juvenis  
sub imagine constans. Juvenis  
constans (nam Hercules esse di-  
cebatur pugnans cum serpente in  
horto Hesperidum ob mala aurea)  
sub imagine ingeniculâ, id est, genu  
nixa. BUTIRIGIS.

Alii ad Lycaonem referunt, ut  
in primo libro Manilii constat.  
*Vivens*, id est, *existens* genibus  
flexis, cujus posituræ origo, causa  
fuit, sive culpa.

*Dextra per extremos]* Dextras  
stellas per extremas Piscium par-  
tes profert.

*Et si forte aliquas]* Si ex ani-  
mi studio, artes aliquas attinget,  
erunt istæ, quæ periculum secum  
trahent.

*vincetque periculo]* Id est, peri-  
colorum in experimenta ingeni-  
um adiget, & hoc modo dicatur,  
vi vincere.

*sine limite]* Funis enim vix dica-  
tur certos & firmos limites ha-  
bere.

*meditatus iter]* En funambuli,  
qui summa montium cacumina,  
ascendendo per funes, superant.

FAYUS.

*populum suspendit ab ipso]* M.S.  
*Porulum* suspendit ab ipso: cui  
adjectum glossema, *porulus parva  
via*: & ad marginem, *alii toru-  
lum*: sed Rom. *Poculum sus-  
pendit ab ipso*: quod Bonincotrius  
de sobrietate abstinentiæque a vino  
interpretatus est: sed hoc natura  
vocis & versûs repudiat. *Porulus*  
(si bene memini) Latinis est in-  
solens. *Torulus* in muliebri or-  
natu numeratur a Varrone, lib. 4.  
& universè significat quicquid sti-  
patum est in tori pusilli modum.  
Sic aërobatæ, & Schænobatæ sive  
funambuli torulos sibi subitratos  
habent, quorum adminiculo ex-  
ercent artem suam: *Torulorum* ita-  
que *suspendere a seipsis* dicuntur  
isti, qui tam artificiosè res istas  
faciunt, ut halteres & toruli ipso-  
rum ab ipsis pendere, non ipsi ab  
illis videantur. Sive ergo *popu-  
lum* sive *torulum* legere placet,  
non magno opere refragabor.  
Suum cuique per me iudicium li-  
berum. Quanquam hoc malo.

BUTIRIGIS.

*ab ipso]* Pendulus homo sur-  
sum elatos tenet populorum vul-  
tûs. *Ab ipso*, a seipso.

Kk

Lava



Læva sub extremis confurgunt fidera Ceti  
 Piscibus, Andromedam ponto cœloque sequentis.  
 Hic trahit in pelagi cædes, & vulnera natos  
 Squamigeri gregis : extentis laqueare profundum 655  
 Retibus, & pontum vinclis arctare furentem.  
 Et velut in lato securas æquore phocas  
 Carceribus claudunt raris, & compede nectunt,  
 Incautosque trahunt macularum vimine thynnos.  
 Nec cepisse sat est. Luctantur corpora nodis, 660  
 Expectantque novas acies, ferroque necantur,  
 Inficiturque suo permixtus sanguine pontus  
 Totus, cum toto jacuerunt littore prædæ.  
 Altera fit cædis cædes : scinduntur in artûs  
 Corpora, & ex uno varius describitur usus. 665  
 Illa datis melior succis pars, illa retentis.  
 Hinc sanies pretiosa fluit, floremque cruoris  
 Evomit, & mixto gustum sale temperat oris.

*macularum vimine*] Maculæ a piscatoribus dicuntur retium foramina, quæ pro ipsis retibus usurpantur. *Vimine* vimineâ texturâ, quam nassam piscatoriam vocant.

*nodis*] Retium quasi fenestris, quæ, quanquam patefactæ, non prædæ fugam suppeditant.

*novas acies*] Nova thynnorum agmina.

*ex uno*] Ex uno corpore.

*scinduntur in artûs*] M. S. & Rom.

*Scinduntur in artûs, corpore & ex uno.*

BUTIRIGIS.

Ita Bentlejus: Si enim, inquit, *corpora* legas, tunc constructio erit, *ex uno usu varius usus*: Prorsus absurdè. Cur ita? Nonne numerus singularis frequenter e plurali deducitur? Et cur non *ex uno corpore*?

*Illa datis melior*] Hæ piscium partes, succo extracto, ad garum coquendum destinatæ: illæ, succo retento, & sale intromisso, ad communem cibum sepositæ.

*floremque cruoris*] Id est, floridum sanguinem.

*Hinc sanies pretiosa*] Garum, liquamen. SCALIGER.

Illa putris turba est : strages confunditur omnis,  
 Permiscetque suas alterna in damna figuras, 670  
 Communemque cibus usum succumque ministrat.  
 At cum cœruleo stetit ipsa simillima ponto  
 Squamigerum nubes, terræque immobilis hæret,  
 Excipitur vastâ circumvallata fagenâ,  
 Ingentesque lacûs, & Bacchi dolia complet, 675

Humorisque vomit socias per mutua dotes ;  
 Et fluit in liquidam tabem resoluta medulla.  
 Quinetiam magnas poterunt celebrare salinas,  
 Et pontum coquere, & ponti fecernere virus,  
 Cum solidum certo distendunt margine campum, 680  
 Adpelluntque suo deductum ex æquore fluctum,  
 Claudendoque negant. Tum demum suscipit undas

Area,

*Illa putris*] Salsamenta muriatica. Idem.

*confunditur omnis*] Variâ ex strage oritur mixtura.

*alterna in damna*] Nam ea pars, quæ ad succum exprimendum conducit, de solido detrahit: illa, quæ ad retinendum, de succo detrahit.

*Communemque cibus*] Et cibum & succum præbet.

*Communemque cibus*] Nam & garum & muria, cibus condiendi.

*simillima ponto*] Quando nubes piscium juxta littus immota manet, vix a mari ipso dignoscitur, ob cœruleum piscium colorem. Idem.

*salinas*] Salina locus est, in quo ex aquâ marinâ sal paratur. Duplici autem modo, coquitur sal, igne & sole. Igne quidem, cum e puteis certis, aqua hausta

coquitur & coalescit igne in salem. Sole verò, cum littus maris aratur, & certis anni temporibus, nempe a mense Majo ad mensem Octobrem, aqua maris in sulcos adfunditur, & ardore solis tandem in salem concrefcit. FAYUS.

*ponti fecernere virus*] Spumas maris, quæ in salem concrefcunt, dicitur autem virus ac venenum pelagi, quoniam nihil acerbius, nihil amarius. Idem.

*Cum solidum certo*] Quando cunque ii, qui salinas fabricant, partem campi margine quodam circumcingunt; & in hac parte, aream, in admissionem aquæ marinæ, ordinant.

*Claudendoque negant*] Ita locum claudunt, eò ut aqua ne effluat.

*Tum demum suscipit undas*] Malè a Bentlej hoc modo sentis

Area, tum pontus per solem humore nitescit.  
 Congeritur ficcum pelagus, merisque profundi  
 Canities emota, maris spumæque rigentis  
 Ingentes faciunt cumulos; pelagique venenum,  
 Quo perit usus aquæ succo corruptus amaro,  
 Vitali sale permutant, redduntque salubre.

685

At revoluta polo cùm primis vultibus Arctos  
 Ad sua perpetuos revocat vestigia passus,

690

mutatur; scilicet *suscipit auras area, tum posito per solem humore nitescit.* Quomodo dici potest inquit, *tum demum suscipit undas* postquam undis repleta est area? Non undis repleta, antequam opus perfectum, & area margine circumcingitur. Quando hoc opus absolutum, tum area undas intra se continet, & tum suscipit. Sed Bentlejus non solum critici, & scholiastæ, verum etiam auctoris partes agere ardet. Et quid nitescit *posito humore*? Area? Ridiculè. Area non nitescit, sed sal, ex humore ponti in corpus solidum conversum vi solis. Ita quod antea humidum fuisset, nempe mare salinum, fit tandem solidum, nempe sal nitescens.

*per solem humore*] Mare candescit in salem, aut mare ex suo humore, ardore solis, fit salinum corpus, & splendidum.

*profundi merisi*] Maris, cujus pars salina ex gravitatis legibus subsidit.

*merisque profundi*] Quid facit hic *merisi maris* clamat Bentlejus? Repone, *mensisque profundi.* *Se-posita mensis*, servata, separata, recondita. O hominem, plus

æquo sibi tribuentem! Non sentire potuit, *merisi profundi esse salem profundi maris* deorsum vergentem? Potuit certè. Sed suam auctoritatem (etiam si viveret auctor ipse, & diceret ita esse rem, ut scripserat) anteponeret, & exclamaret, *mentiris impudentissime.*

*Canities emota*] In aliam partem disponitur salina materia, quæ merisa, aut in imâ parte areæ invenitur.

*Ingentes faciunt cumulos*] *Tumulos* in veteribus membranis. Bentlejus *cumulos* reposuit, & laudabiliter. Porro *quodque erat usus aquæ* in M. S. antiquis & multis aliis editionibus hujus auctoris, ad unguem perfectum castigavit, & nunc legimus, *Quo perit usus aquæ.* Ipsam auctoris scripturam hoc loco sagacissimè odoratus est, ob quam causam, *omne tulit punctum.*

*Quo perit usus aquæ*] Ob amaritudinem, aqua marina non in communem utum hauritur: salubris vero redditur, quando in salem mutatur; sal enim vitam sustinet.

Nun-

Nunquam tin̄cta vadis, sed semper flexilis orbe :  
 Ac Cynosura minor cū primâ luce refurgit,  
 Et pariter vastusve Leo, vel Scorpius acer  
 Nocte sub extremâ permittunt jura diei ;  
 Non inimica feris tali sub tempore natus 695  
 Ora feret : placidas reget in commercia gentes.  
 Ille manu vastos poterit frænare leones,  
 Et palpare lupos, pantheris ludere captis,  
 Nec fugiet validas cognati fideris urfas,  
 Inque artes hominum, perversaque munera ducet.  
 Ille elephanta premet dorso, stimulisque movebit, 700  
 Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis.

Ille

*Nunquam tin̄cta*] O hominem  
 vœcordem! nam si non tin̄cta,  
 quomodo oritur aut occidit?

SCALIGER.

Terras non subit Helice, ha-  
 bitâ ratione sphæræ obliquæ, quâ  
 polus ascendit suprâ horizontem  
 a grad. 36 ad usque 90 grad.

*Ac cynosura minor*] Hos tres  
 virtus huc malè irreptos esse vult  
 Scaliger. Verùm pace tanti viri  
 dixerim, benè sequi constat. Cy-  
 nosura enim, quæ minor est urfa,  
 rectè oriri dicitur cum Scorpione,  
 habitâ pari sphæræ ratione, quæ  
 suprâ posita est de ortu Helices  
 cum Leone. Oritur autem Cy-  
 nosura pariter a fronte, pedibus-  
 que nitens, quasi præruptum cœ-  
 lum ascenderet. FAYUS.

*Nocte sub extremâ*] Ait tunc  
 manè Leonem & Scorpionem oc-  
 cidere, ac cynosuram cosmicè oriri.

SCALIGER.

*Non inimica*] *feret ora feræ* :  
 & *gentis* nimirum ferinæ. Ha-  
 rum enim genus, ab hoc poetâ, gens  
 & populus non raro appellatur.

BUTIRIGIS.

Non feris erit inimicus. *In*  
*commercias* id est, mansuetas feras  
 reddet, ut, consuetudo, sive com-  
 mercium, cum his contrahatur.

*cognati fideris*] Urfas terres-  
 tres, quæ hujus astri affines sunt.

*perversaque munera*] Hominis  
 etiam potiùs, quam bestinæ.

SCALIGER.

Quæ feris istis propria non  
 sint, sed aliena prorsus & inusitata.  
 Id est, humana officia, humanas  
 artes, in quas aliquando ferociores  
 feræ ducuntur. FAYUS.

*Turpiter in tanto cedentem*] Hic iterum errorem suum vindicat  
 Bentlejus : qui versum ita legit,  
*Turpiter in tanto scandentem pon-*  
*dere funes.* Auctori longè alia  
 mens est, alia verba : qui vult,  
 bestiam

Ille tigrim rabie solvet, pacique domabit ;  
 Quæque alia infestant filvis animalia terras,  
 Junget amicitia fecum, catulosque sagaces.  
 Has stellis proprias vires, & tempora rerum  
 Constituit magni quondam fabricator Olympi.

705

\* \* \* \* \*

*Hiatus, non multum descendus.*

Tertia Pleiadas dotabit forma sorores,  
 Fœmineum rubro vultum suffusa pyropo,

705

In-

bestiam tanti ponderis, quæ homines facile opprimere potuit, timide & abjecte istis hominibus obsequi, qui humanas artes præcipiunt, & feras ad disciplinam aptas faciunt. *Quinam illi cuncti, homines an bestiae,* ait Bentlejus? Quomodo bestiis cedere potuit, cum sermo sit tantum de hominibus?

*Has stellis proprias*] Hos duos versus, de fine præmii hoc in libro demtos, huc relegavit doctissimus Scaliger, libris nostris, adeoque omnibus refragantibus. Ego nihil mutaverim. Ibi autem, pro *has stellis* legitur *ac stellis proprias vires,* &c.

BUTIRIGIS.

*Tertia Pleiadas*] Multa hic desunt. Apertè videmus Manili-

um etiam Myriogenesin sphaeræ barbaricæ tractasse, saltem eam, quæ ad tertia apotelesmata pertinet. Docet enim ea pars, quæ sint lucidæ stellæ in XII signis. Ad quod præstandum, plasticè informabat tironem more suo. Doceret enim quænam signa stellæ claras, aut obscuras, aut tristes habeant. Nam in stellis observandis, veteres dixerunt, omnium clarissimas esse primæ magnitudinis, obscuriores secundæ, tristiores tertiæ, ac sic deinceps usque ad sextam magnitudinem. Ac primæ magnitudinis appellarunt, quarum diametros apparens est scrup. VIII. secundæ scrup. VI. tertiæ scrup. IV. quartæ scrup. III. quintæ scrup. II. sextæ scrup. I. Hæc methodo & numerum earum assecuti sunt. Nam primæ mag-

mag-

Invenitque parem sub te, Cynofura, colorem,  
 Et quos Delphinus jaculatur quattuor ignes,  
 Deltotonque tribus facibus, fimilique nitentem  
 Luce Aquilam, & flexos artûs per lubrica terga. 710  
 Tum quartum quintumque genus discernitur omni  
 E numero, summâque gradûs, qui jungitur Angui.  
 Maxima pars numero, censu concluditur imo,  
 Quæ neque per cunctas noctes, neque tempore in omni  
 Resplendet, vasto cœli summota profundo. 715  
 Sed cum clara suos avertit Delia cursûs,  
 Cumque vagæ stellæ terris sua lumina condunt,

Merfit.

magnitudinis XV. observârunt : secundæ XLV. tertiæ CCVIII. quartæ CCCCLXXIII. quintæ CCXVI. sextæ L. Tot ergo fixas observârunt, quarum quidem usus in Apotelesmatis. SCALIGER.

*forma*] Tertia stellarum species.

*Et quos Delphinus*] Id est, tertia forma dotabit aut ornabit stellas Delphini.

*flexos artûs*] Id est, volumina magni Draconis, qui interfusus labitur inter utramque urfam.

FAYUS.

Hoc recentiorum codicum, affirmat Bentlejus, commentum esse, & sensu carere.

Reponit, *per lubrica terga dracones*. Et hoc quidem MS. veterum fide caret. *Dracones* longè a verborum structurâ aberrat; simile aut verisimile verbum non invenitur enim in versu. Est omnino profus *Bentlejanum*.

Subintelligitur, *Anguem qui habet flexos, &c.*

*Tum quartum quintumque*] Id est, quarta & quinta species magnitudinis, nascitur ex numero &

summâ distantix, quæ angui conceditur. Sed Bentlejus clamat, hæc portentose corrupta sunt: & ille corruptiora facit.

*Maxima pars*] Locus feliciter a Bentlejo restitutus. In codicibus & veteribus & novis *maxima per minimos*: quod obscuritate laborat. Auctor dicit, major pars stellarum sextæ magnitudinis aut imæ: ultra quam non Astronomi rationes computant.

*Sed cum clara suos*] Hoc sensu. Quandocunque Luna recedit, cursum supernum deferens, & infernum cursum, aut cursum subter terras occipit.

MS. & Rom. *advertit*, sed librariorum vitio, ut Bonincotrii ostendit adnotatio, interpretantis, *avertit*. BUTIRIGIS.

*Cumque vagæ stellæ*] In plurimis editionibus, *cumque vaga est illa*; sed quid est hoc, rectè inquit Bentlejus? Cum Luna *vaga est*? Atqui semper *vaga est*; perpetuum est hoc Lunæ epitheton.

Emen-

Merfit & ardentis Orion aureus ignes,  
Signaque transgressus mutat per tempora, Phœbus,  
Effulget tenebris, & nocte accenditur atrâ.

720

Tunc conferta licet cœli fulgentia templa  
Cernere feminibus densis, totisque micare  
Floribus, ut ficcæ curvum per littus arenæ :  
Nec spatium stellis, mundo nec cedere summam :  
Sed quot eant semper nascentes æquore fluctûs,

725

Emendatio nunquam satis laudanda, *Cumque vagæ stellæ*, &c. "Hoc enim dicit Manilius, promiscua stellarum plebs, quam ipse sextæ magnitudinis facit aut imæ, plenilunio non videtur; sed tan tùm cum Luna, & planetæ, & Orion subter terras sunt: necnon tempore brumali, tum enim, cum non aliorum fiderum splendore obruantur, noctibus tenebrosis effulgent." Hactenus sagacissimus ille vir Bentlejus, sed non omnibus horis sapit. Cui quodammodo assentit SCALIGER.

*Signaque transgressus*] Id est, cum Sol æstiva signa deserit transgrediendo, & signa brumalia ingreditur: Et hoc modo mutat æstiva signa brumalibus.

*Tunc conferta licet*] Fornices cœli, seu concava cœli facies, quæ oculis cernitur. FAYUS.

*feminibus densis*] Stellulis, quæ quasi stellarum sint semina, aut flores niveâ luce micantes: quas non oculis, sed ope telescopii percipere est: & quæ multæ per viam cœli feminantur, quam Lacteam vocant. Idem.

Sed Bentlejus reponit ex arbitrio *luminibus* pro *feminibus*, sed quidem non ex fide MS. Vet. aut codicum. Deinde posteriorem versûs partem lacerat, & suæ limæ labores interponit, sed heu! frigidus. *Totumque micare stipatum stellis mundum* inserit pro imperio, quod a verborum texturâ, in plerisque editionibus occurrentium, longè abhorret. Ergo cavendum est, nè *in tanti verba magistri juremus*.

*Nec spatium stellis*] Ni fallor, hoc vult Manilius. Spatium non cedit stellis, cum stellæ non sint plures numero, quam spatium sit, quod occupent: & stellæ non cedunt spatio, quam rem verba, *nec mundo cedere summam*, significant, cum spatium sit non majus quam stellarum numerus. Quare & stellæ & spatium æqualiter sibi invicem respondent, & inter se paria faciunt. *Nec mundo cedere summam*, id est, nec stellarum summam credamus universo mundo aut spatio cedere.

Quot delapsa cadant foliorum millia silvis,  
Amplius hoc ignes numero vofitare per orbem. 730

Utque per ingentem populus describitur urbem,  
Præcipuumque patres retinent, & proximum Equefter  
Ordo locum; populumque Equiti, populoque subire  
Vulgus iners videas, etiam sine nomine turbam:  
Sic etiam in magno quædam respublica mundo, 735

Quam natura facit, quæ cœli condidit orbem.  
Sunt stellæ procerum fimiles, sunt proxima primis  
Sidera, suntque gradûs, atque omnia jura priorum.  
Maximus est populus, fummo qui culmine fertur,  
Cui si pro numero vires natura dedisset, 740

Ipse

*etiam sine nomine turbam*] Vulgus dicit & iners, & turbam sine nomine. Ob inertiam igitur, & ob ignobilitatem vulgus notat. Bentlejus malè corrigat, *et jam sine nomine*. Quare ita? quasi vulgus & turba sine nomine diverſi ordinis? Nequaquam. In ordinibus enim enumerandis, vulgus est ordinis infimi, & quomodo infra infimum descendat numeratio? pari errore dicamus, *celsus supra celsissimum*.

*quædam respublica mundi*] Omni laude prosequendus est Bentlejus, qui hunc versum ita legit. Cæteri editores legunt, *quædam respondere mundo*, etiamſi quantitatis violatio obſtet. Exiſtimat Bentlejus, quòd *Respublica* compendiosè in MS. *Resp.* extabat: & inde librariorum errores, *pendere, pondere*. Ex hac conjecturâ ingenii acutiſſimi venam re-

ſeravit, & propter hujus nodi ſolutionem, *ſemper honos, nomenque ejus, laudesque manebunt*.

*natura facit*] In nonnullis editionibus, *hæc natura facit*: at ſi reponas *quam natura facit*, cum verbo *respublica* in verſu priorè concordat. Ita locum ordinat Bentlejus & emunctâ nare.

*atque omnia jura priorum*] *Aliter, atque omnia juncta priori*. Sed ex his verbis ſenſus vix elici poteſt. *Cui enim priori?* Namne quid *prius* ante memoratum. Hujus etiam emendationis auctor Bentlejus, & hunc ducem viæ ſequamur.

*Cui ſi pro numero*] MS & Rom. *Cujus pro numero vires natura dedisset, &c.* cum ellipti *ordisus inordinis* latinis auribus non inſolente. Quod vel illæ tritæ in vulgo locutiones docent, *abſque me fuiſſet, &c.* Ita ſenſus; ſignum



Ipse suas æther flammæ sufferre nequiret,  
 Totus & accenso mundus flagraret Olympo.

vires stellis natura dedisset, earum non potuit; tota enim rerum  
 numero aptè respondentes, cœlum compages exureretur.  
 tantum flammarum impetum ferre BUTIRIGIS,

## I N D E X

Rerum memorabilium quæ in Manilio  
continentur.

Prior numerus paginam, alter versum notat.

- A.**  
**A**bliguratorum genitura, 184. 531.  
 Ægyptii inventores Astronomiæ, 3. 44.  
 Ærarii custodum genitura, 231. 353.  
 Æmilia gens, 45. 793.  
 Africa, 192. 650.  
 Agilium genitura, 214. 59. 220. 158. 238. 453. 248. 630.  
 Agricolarum genitura, 183. 516. 227. 270.  
 Agrippa, 45. 795.  
 Amicitia raræ exempla, 87. 600.  
 Andromeda, 20. 349. 243. 534.  
 Anguis sidus, 23. 404.  
 Ejus magnitudo, 255. 712.  
 Antichthonæ, 14. 238.  
 Antistites & æditimi, 231. 338.  
 Aquarii regiones, 201. 788.  
 Aquila sidus, & ejus magnitudo, 20. 342. 240. 490.  
 Aquilices, 167. 255.  
 Ara sidus, 24. 410. 230. 333.  
 Arabicus sinus, 192. 646.  
 Arctophylax, 18. 315.  
 Arcturus, 18. 317. 231. 351.  
 Argo, 23. 401. 212. 34.  
 Arma venatoria, 222. 200.  
 Armorum studiosi, 165. 225.  
 Arietis regiones, 197. 734.  
 Astrologi & Mathematica, 161. 157. 168. 262.  
 Athla, 12. 43. 112.  
 Aucupum genitura, 232. 361.  
 Augusti genitura, 82. 507.  
 Auratorum & aurificum genitura, 241. 510.  
 Aurifossorum genitura, 242. 519.  
 Aurifatorum genitura, 242. 527.  
 Axis, 16. 278.
- B.**  
 Bellerophonis genitura, 216. 95.  
 Bellicoforum genitura, 165. 217. 241. 502.  
 Bestiariorum genitura, 163. 181.  
 Brutus, 44. 782.  
 Bubulcorum genitura, 218. 123.
- C.**  
 Cæcorum genitura, 184. 526.  
 Cæsaris, interitus, 155. 57.  
 Calculatorum genitura, 164. 202.  
 Camillus, 44. 781.  
 Cancris regiones, 198. 748.  
 Canicula, 22. 385. 223. 205.  
 Cannensis cædes, 154. 37.  
 Canopus, 12. 215.  
 Capella sidus, 21. 365. 218. 131.  
 Caprariorum genitura, 217. 114.  
 Capricorni regiones, 200. 780.  
 Cardines geniturarum, 98. 786.  
 Cardinum intervalla, 101. 839.  
 Cardinum vires, 99. 806.  
 Carrucariorum genitura, 231. 343.  
 Caspium mare, 191. 641.  
 Cassiopea,

Cassiopea, 20. 353. 241. 508  
 Cato, 45. 794.  
 Centaurus, 23. 407.  
 Cepheus, 20. 353. 238. 454.  
 Cetus fidus, 24. 422. 249. 652.  
 Chaldaei Astronomiæ inventores,  
 3. 43.

Cicero, 44. 797.  
 Cinædorum genitura, 183. 512.  
 Circuli paralleli, 32. 563.  
 Circulus æquinoctialis, 33. 575.  
 Circulus Antarcticus, 34. 589.  
 Circulus Arcticus, 32. 566.  
 Claudia gens, 45. 792.  
 Clælia, 154. 33. 44. 777.  
 Cocles, 44. 778.  
 Coluri, 33. 603.  
 Cometæ, 45. 802.  
 Cometarum significationes, 49.  
 885.

Configurationes signorum, 69.  
 294.

Corona, 18. 318. 225. 251.  
 Corvinus, 44. 779.  
 Corvus fidus, 23. 406.  
 Cossus, 44. 785.  
 Crater fidus, 23. 407. 224. 233.  
 Curiatii & Horatii, 154. 34.  
 Curius, 44. 784.  
 Cursorum genitura, 215. 86.  
 220. 160.  
 Cygnus fidus, 19. 336. 54. 31.  
 Cynotura, 17. 298. 253. 692.

## D.

Dæmonion Phœbus, 91. 105.  
 Dæmonion in XII. domibus, 104.  
 896.  
 Dea, 915. 105.  
 Dæcani, 169. 292.  
 Decii, 44. 786.  
 Delphinus, fidus, 20. 345. 236.  
 422.

Deltoton, 20. 352. 255. 709.  
 Decorum tutela, 78. 431.  
 Dentitorum genitura, 215. 83.

Dextra & sinistra signa, 69. 284.  
 Dicacium genitura, 219. 143.  
 Dierum inæqualitas, 124. 247.  
 Secundum climata, 128. 307.  
 Dierum mensura sub æquinoctio,  
 128. 315.  
 Ditis janua, 918. 105.  
 Dodecatemoriön, 91. 672.  
 In dodecatemoriis, 94. 715.  
 Domorum XII. Chronocratoriæ,  
 144. 560.

## E.

Ecliptica signa, 202. 807.  
 Elementorum dispositio, 8. 148.  
 Eloquentium & facundorum ge-  
 nitura, 163. 192.  
 Equorum domitores, 166. 231.  
 Equus fidus, 20. 347. 248. 629.  
 Europa, 193. 672.  
 Exlegum genitura, 240. 498.

## F.

Fabius, 44. 787. 154. 39.  
 Fabricius, 44. 784.  
 Felix in XII domibus, 104. 887.  
 Fides fidus, 235. 415.  
 Flaturariorum genitura, 167. 245.  
 Fortuna in XII domibus, 926.  
 106.  
 Fortunæ imperium, lib. 4. in  
 Proæmio.  
 Fortunæ fors, 119. 176.  
 Fugacium genitura, 249. 644.  
 Funambulorum genitura, 249. 849.

## G.

Garrulorum genitura, 187. 568.  
 Garum, 250. 666.  
 Gemellorum Genitura, 188. 576.  
 Gemini, 198. 746.  
 Gladiatorum genitura, 165. 222.  
 Grassatorum genitura, 249. 645.

## H.

Hannibalis mors, 154. 41.  
 Helice, 17. 295. 253. 689.  
 Heniochus,

Heniochus, 21. 361. 214. 67.  
 Hesioidi georgica, 53. 19.  
 Hesioidi Theogonia, 53. 12.  
 Hædi fidus, 21. 364. 216. 101.  
 Horoscopus, 121. 203. 139. 484.  
 Hortulani & olitores, 226. 254.

## I.

Ingeniculus, 18. 314. 249. 641.  
 Infidiatores & infesores, 249. 645.  
 Italia Libræ subjecta, 199. 763.  
 Jugulæ fidus, 221. 173.  
 Julia gens, 45. 796.  
 Jurisperitorum genitura, 164. 206.

## L.

Lacteus circulus, 39. 681.  
 Heroum receptaculum, 43. 758.  
 Lanificum genitura, 160. 128.  
 Lascivorum genitura, 217. 107.  
 229. 314.  
 Legiflatorum genitura, 185. 542.  
 Leoni regiones subjectæ, 198. 749.  
 Lepus fidus, 23. 401.  
 Liberalium genitura, 168. 266.  
 Libidinosorum genitura, 219. 142.  
 Libræ regiones, 199. 763.  
 Livius, 44. 788.  
 Lunæ deliquium, 12. 220.  
 Lycurgus, 43. 770.  
 Lyra fidus, 19. 323. 230. 317.

## M.

Magiftratuum genitura, 229. 310.  
 Mansuetarii, 166. 232. 253. 695.  
 Marcellus, 44. 785.  
 Margaritarii, 234. 394.  
 Marii victoria, 154. 44.  
 Marius victus, 155. 45.  
 Marti & Pfylli, 233. 384.  
 Menander, 239. 479.  
 Menfores libripendes, 164. 203.  
 Mercatores, 162. 166.  
 Mercurius, 3. 33.  
 Meridianus, 36. 634.  
 Messeniæ bellum, 13. 110.

Metallarii, 166. 240.  
 Metelli, 45. 793.  
 Metellus, 156. 68.  
 Mobiles & leves, 167. 252.  
 Molles & effeminati, 219. 144.  
 Muliones, 343. 231.  
 Mulomedici, 231. 346.  
 Mundi forma, 12. 213.  
 Mundi origo, 7. 118.  
 Mundi & culti, 226. 265.  
 Musici, 161. 152. 183. 521.  
 Mutius, 153. 31.

## N.

Navicularii, 168. 271. 187. 562.  
 212. 39.  
 Navigantium genitura, 162. 172.  
 Naumachi, 169. 283.  
 Natatores & Urinatores, 236. 421.  
 Nero, 44. 788.  
 Notarii, 164. 196.  
 Notia sidera, 25. 435.

## O.

Octo topi, 102. 851.  
 Ophiuchus, 19. 330. 233. 382.  
 Orion, 22. 376. 214. 56.  
 Orizon, 37. 647.

## P.

Pædagogorum genitura, 233. 460.  
 Palamedis genitura, 164. 203.  
 Papius, 44. 783.  
 Peregrinantium genitura, 182. 405.  
 212. 22.  
 Perseus, 20. 349.  
 Persicum mare, 192. 644.  
 Petauristæ, 237. 444.  
 Phænomena Borealia, 16. 274.  
 Phænomena Australia, 21. 372.  
 Philoctetes, 228. 292.  
 Piscatores, 169. 281. 222. 188.  
 234. 391. 249. 653.  
 Piscibus regiones subjectæ, 201. 789.  
 Piscis Notius, 212. 23.  
 Pistores, 167. 346. 227. 279.

Plato,

- Plato, 43. 771.  
 Pleiades, 21. 370. 219. 140.  
 254. 10.  
 Pompeii interitus, 155. 55.  
 Pompeii triumphus, 44. 790. 155. 52.  
 Porfena, 156. 66.  
 Porta laboris, 103. 869.  
 Prodigorum genitura, 168. 266.  
 Prophetæ, 231. 340.  
 Pugiles, 220. 161.
- Q.
- Quadrigarii, 166. 229.  
 Quæsitores capitales, 235. 416.
- R.
- Rapacium genitura, 240. 496.  
 Remus & Romulus, 199. 767.  
 Rotunditas Divina, 12. 210.
- S.
- Sagittariorum genitura, 167. 247.  
 Sagittarius, 228. 286.  
 ejusdem genitura. Ib.  
 Salinarii, 251. 678.  
 Salis confectio, 251. 679.  
 Salomonæ genitura, 216. 89.  
 Salfamentarii, 249. 656. 250. 668.  
 Saltatores & Scenici, 229. 316.  
 Sanctimoniam insignium, 187. 565.  
 genitura.  
 Satellites, 241. 506.  
 Scorpionis regiones, 199. 768.  
 Sectorum & cognitorum genitura,  
 220. 312.  
 Seditio, 208. 122.  
 Sepharii, 226. 262.  
 Servius, 164. 210.  
 Severorum genitura, 238. 455.  
 Signa Antartica, 25. 446.  
 Signa asyndeta, 75. 386.  
 Signa averfa, 64. 197.  
 Signa biformia, 62. 169.  
 Signa communia, 66. 230.  
 Signa contraria, 76. 400.  
 Signa currentia, stantia, 66. 244.  
 Signa debilia, 67. 256.  
 Signa 12 Zodiaci, 15. 262.  
 Signa diversa, 78. 430.  
 Signa dupla, 62. 174.  
 Signa ferina, 61. 156.  
 Signa fessa, 67. 249.  
 Signa gemina, 61. 159.  
 Signa hexagona, 73. 356.  
 Signa humana, 61. 155.  
 Signa jacentia, 65. 221.  
 Signa masculina, feminina, 61. 19.  
 Signa nocturna, diurna, 64. 203.  
 Signa singularia, 74. 374.  
 Signa terrestria, aquatica, 66. 244.  
 Signa tropica, 68. 265. 89. 643.  
 Signorum apotelesmata, 102. 888.  
 Signorum chronocratoriam, 144.  
 560.  
 Signorum consensus, 80. 464.  
 Signorum obliquitas, 123. 225.  
 Signorum triplicitates, 83. 518.  
 Signorum tutelæ, 79. 451. 195.  
 694.  
 Simplicium genitura, 163. 186.  
 Socrates, 43. 771.  
 Solon, 43. 770.  
 Spica sidus, 227. 268.  
 Stellarum magnitudo, 257. 734.  
 Stellarum & solis forma, 11. 207.  
 Sulcorum genitura, 218. 123.
- T.
- Taciturnorum genitura, 161. 149.  
 Tauri regiones, 198. 743.  
 Temporis æquatio diurni, 134.  
 404.  
 Temporis nocturni æquatio, 135.  
 424.  
 Temporis hyemalis æquatio, 136.  
 444.  
 Temporum tutelæ, 141. 510.  
 Temulentorum genitura, 217.  
 118.  
 Theocritus, 54. 40.  
 Terra in medio mundi, 9. 169.  
 Terra rotunda, 11. 203.
- Tessel.

- Tefsellatorum genitura, 241. 512.  
 Tetragona, 68. 282.  
 Teucris genitura, 228. 291.  
 Tibicinum genitura, 230. 325.  
 Tortores & carnifices, 236. 419.  
 247. 616.  
 Thrafimeni clades, 154. 39.  
 Tragædorum & comædorum ge-  
 nitura, 238. 462.  
 Trepidorum genitura, 160. 137.  
 Trigona, 68, 276.  
 Tropicus Cancris, 33. 568.  
 Tropicus Capricorni, 33. 582.  
 Typhonis fedes, 103. 873.
- V.
- Venditatores, 160. 138.  
 Vestiarii, 160. 132.  
 Violenti & iracundi, 224. 218.  
 Virginis regiones, 198. 753.  
 Univerfi dimenfio, 30. 540.  
 Voluptarii, 161. 154.  
 Urbium conditores & everfores,  
 186. 548.  
 Urfæ cæleftes, 16. 274.
- X.
- Xerxes, 156. 65.
- Z.
- Zodiacus, 38. 665.

F I N I S.

2576





